

DISSERTATIO THEOLOGICA
valedictoria

De

DEI AKATAΛHYIA
SIVE INCOMPREHENSIBILITATE,

quam

Deo, qui est incomprehensibilis, comprehensibilitatem concedente,

PRÆSES

Vir admodum Reverendus, Clarissimus & Excellentissimus,


Dn. CHRISTIANUS MATTHIAS
Diethmarfus, S S. Theol. D. ejusdemque Professor publ. Primarius, Regius Ecclesiarum in Diethmarsia Præpositus designatus, &c. Præceptor, Promotor, & Hospes meus æternùm colendus

publicitùs examinandam proponebat

Die Mens. Septembr. An. Dom. M. DC. XXII.

Respondente

WILHELMO Dieterich / artium M.



NORIMBERGÆ,

T 162 (5)

Typis SIMONIS HALBMAYERI.

ILLUSTRISSIMO, CELSISSIMOq; PRIN-
cipi, ac Domino,

Dn. AUGUSTO, D. g. Comiti Palatino ad Rhe-
num, Duci Bavarie, Juliaci, Clivie & Montium, Comiti Vel-
dentii, Sponhemi, Marchie, Ravensburgi & Moersæ, Domino in Raven-
stein, &c. Domino suo gratiosissimo, à Deo felicitatis, gra-
tia, pacis, auctore precatur.

felicitatem felicem, gratiam gratam, pacem pacificam.

Vir ille Moses, Princeps Illustrissime, Domine Cle-
mentissime, cui DEUS Patrum nostrorum in rubo ardente, colloquu-
tur cum servo suo, adparuit, non debebat terra, quam premebat, cal-
ceatus, ob sanctitatem Jehovæ presentis, insistere; nec audebat contra
Deum adspicere. Nunquam enim nos verecundiores esse oportet, quam
cum de Diis agitur: Philosophorum facile Coryphæo, homini tamen gentili excidit. Et
quid illa Poëtæ verba?

Purpureo velare comas adopertus amictu,

Nequa inter sanctos ignes in honore Deorum

Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.

*Quid autem execrabilis cohors Photini? Quid impius cœtus Calvinii? reliquis, Chri-
stianorum nomine & omine qui audire gestiunt, supersedeo. Annón calceati sanctum
aditis? Deum qui est incomprehensibilis, comprehensibili vestrâ rationis ratiocinatione
circumscribere non veremini? Vos ô Ethnicos! vos ô Arrianos! Nestorianos! Cur
Deum unum in essentia, trinum in personis negatum is Photine? Audin? calceatus es.
Cur presentiam corporis & sanguinis Christi e cœna tollis Calvine? Scin? calceatus es.
Fingitis vobis cerebellum Fovis. O utinam & vos verecundiores! Exuite calceos, Phi-
losofiam scitote famulam, Theologiam Dominam.*

Non fallit verbum, multos speciosa fefellit

Glossa; DEI verbo nitere tutus eris.


*Nos discalceati sanctum intravimus, Deum qui est incomprehensibilis, quantum ra-
tionis nostræ infirmitis ex verbo patefacto capit, presenti disputatione proposituri. Cur
autem Tuam Illustriss. Celsitudinem seligere, cui inscriberem, debuerim voluerim?
præter alias multas unica est; ne dicatur:*

Gratia nostra perit, nullum reditura per ævum.

*En arrham hanc in fauno Gratiarum depositam. Accipe igitur, Illustrissime Prin-
ceps, pro Tua illustri fronte, serenè. Tuam Illustriss. Celsitud. cum Illustriss. Conju-
ge. Illustrissimis Nato, Nata, totaq; domo Palatino-Cimbrico-Regiâ, DEUS &
Servator servet conservet. Quod precor. Fiet. Ita fiet. Amen. è Museo meo Al-
torfino. 24 August. An. M. DC. XXII.*

Tua Illustrissima Celsissimaq; Celsitudinis subjectiss. servus

Wilhelm Dieterich.



A |
| Ω

DISSERTATIO THEOLOGICA
de DEI ἀκαταληψία sive incomprehen-
sibilitate.

I.



DEI ἀκαταληψία sive incomprehen-
sibilitas, (de qua in præsentī dissertatiōe acturi
sumus) est quā ipse ratione essentiæ suæ ac pro-
prietatum essentialium, à nulla mente humana
perfectè concipi, aut oculis corporeis compre-
hendi, aut linguâ creatâ enunciari potest.

II.

Unde DEI ἀκαταληψία sive incomprehen-
sibilitas, tribus velut gra-
dibus constat. ¹ est incognoscibilitas. ² invisibilitas. ³ immutabilitas. Illa
oculos mentis, ista oculos corporis: hæc verò loquelam oris à DEI
καταληψίᾳ seu comprehensione excludit. De cuius ἀκαταληψίας divi-
næ gradu primo, in præsentī dissertatiōe, ^{συν} ^{θεω}, acturi sumus.

SECTIO I.

DE DEI INCOGNOSCIBILITATE.

III.

DEI incognoscibilitas sextuplex potissimùm est. ¹ est incognosci-
bilitas essentiæ & substantiæ diviniæ. Nullus enim creatus intellectus ca-
pere aut investigare potest, quomodo Deus sit in essentiâ unus & in
personis trinus; quomodo Filius generetur à Patre, & Spiritus san-
ctus procedat ab utroque, qualisve sit essentiâ divini in sese.

A 2.

Hinc:

DE DEO

IV.

Hinc Job. cap. 36. vs. 26. Deus scientiam nostram vincere, & Jerem. 32. vers. 19. incomprehensibilis cogitatu dicitur, & Matth. 12. vers. 27. ipse Christus inquit: Nemo (intellige creaturarum) novit Filium, nisi Pater, neq; Patrem quisquam novit, nisi Filius, & cuicumque Filius revelare voluerit.

V.

In quam sententiam etiam Nazianzenus Orat. II. de Theolog. rectè inquit: Quid Deus sit secundum naturam & essentiam, nemo mortalium invenit nec inveniet. Cum enim sit *ἄσχετος* & *ἄσχετος* *ἔχων τὴν ἄσχετον* ut Hierotheus loquitur apud Dionysium lib. 1. cap. 2. de divin. nomin. Nulla essentiae divinae notio ipsi propriè competit. Etenim Dei essentia, h. e. *τὸ πᾶν καὶ ἄδεν*, omne est & nihil est. Omne est, quia omnium rerum perfectiones in ipsa sunt, & quicquid est ab ipsa essentiam suam habet: Nihil verò est, non quidem defectu, quasi essentia divina deficiat, sed quoniam omnia, quæ sunt, excedit.

VI.

Fides nostra Catholica de Deo hæc est, quod sit unus in essentia & trinus in personis, de quo pulcherrimum epigramma:

Tres unum, nec res tamen unus, at in tribus unum,
Posterius nihil est, hic simul atque prius,

At quomodo unus in essentia & trinus in personis sit, nullus creatus intellectus cognovit, aut cognoscet.

VII.

Exempla.
I. Simonidis
Poeta,

Exempla hoc ipsum testantur, non solum eorum, qui extra Christi Ecclesiam, sed etiam qui in ea vixerunt. Simonides Poeta sapientissimus, cum ab eo Tyrannus Hiero quæsisset: Quid aut qualis esset Deus, deliberandi causâ sibi unum diem postulavit. Cum idem ex eodem postridie idem quæreret, biduum petiit. Cum autem sæpius numerum dierum multiplicaret, admiransq; Hiero quæreret, cur ita faceret? Quia, quantò, inquit, diutius considero, tantò mihi res obscurior videtur.

VIII.

II. D. Augustini.

Non hoc mirum in Ethnico, sed magis mirum in D. Augustino Patrum omnium doctissimo & pientissimo, de quo in historia ejus perhibetur, quod, cum ineffabile mysterium SS. Trinitatis intellectus sui acumine comprehendere studens, videret in maris littore scitâ

INCOMPREHENSIBILITATE.

scitâ formâ puellum, cochleari quodam argenteo, aquam maris in parvam scrobem effossam transfundentem: Et quonam successu mi fili, inquit, hunc laborem te subire putas? Tum ille: Tu verò, m Pater, respondit majore fortassis conatu divinitatis intelligentiam adgrèderis, at successu non eris felicior. Et hoc dicto evanuit. Augustinus autem Deum glorificans, quam verum puer dixisset, re ipsa comperit. Puer nitebatur vastum mare exiguo cochleari in parvam fossam infundere: Augustinus Trinitatis incomprehensibile mysterium suo captu apprehendere, uterque frustra.

IX.

Nam semper vera sunt hæc axiomata, tum *Simonidis Ethnici*; Quo magis cogito, eò minus invenio: tum *ipsius Augustini Patris Christiani*; veriùs cogitatur Deus, quàm dicitur, & veriùs est, quàm cogitatur. *lib. 7. de Trinit. c. 4.* Pium quoque sobrium atque jucundum est *Gregorii Nazianzeni* de tanto mysterio Apophtegma, quod extat in *Homil. de S. Baptism.* Non possum, inquit, unum cogitare, quin trium fulgore mox circumfundar: nec tria possum discernere, quia subito ad unum referar. & *Φαίνω τὸ ἐν νοῆσαι, καὶ τοῖς τρεῖσι περιλάμφομαι: & φαίνω τὰ τρία διελεῖν, καὶ εἰς τὸ ἐν ἀναφέρομαι.*

X.

Ethnici diis suis fictitiis *αἰ καὶ ἀληθίαν καὶ ἀγνωσίαν* tribuerunt, sicut *Plutarch. in lib. de Isid. & Osiri* tradit. Apud Ægyptios, inquit, Jupiter vocatus fuit *Amūn*, quod Græci producto vocabulo *Ammonem* dixerunt. *Manethas Sibennita* eà voce occultatum & occultationem judicat significari. *Idem scribit: Sai* est *Minervæ fanum*, hanc habebat inscriptionem: Ego sum omne, quod existit, est, & erit, meumq; peplum nemo adhuc detexit. Verùm nos ab Ethnicis, tanquam injustis possessoribus (ut cum *Tertulliano* loquar) elogia hæc magnifica repetentes, soli *DEO* nostro, cui ea sunt propria, vendicamus.

XI.

Secundo est *Incomprehensibilitas σοφίας* hoc est, *sapientie divine*, quam *D. Paulus Roman. 11. vers. 33.* *βαθὸς σοφίας* h. e. sapientie profunditatem nominat. Siquidem ejus tantum particula in operibus creationis, mundi gubernationis, redemptionis atque sanctificationis revelata est.

II. *Incomprehensibilitas σοφίας* h. e. sapientie divine. Sapientia Dei in tribus operibus est manifestata.

A 3

Tota

1. In opere
creationis.

Tota rerum universitas, quæ in sensus nostros incurrit τῆς φύσεως
μεσείον, hoc est, Naturæ quasi Musæum est, sicut Alcidamantem,
illustri metaphora appellasse legimus, in quo omnes creaturæ, ma-
ximæ, mediæ, minimæ, velut communes libri nostris oculis sensi-
busque expositi sunt, ut in iis sapientiam atq; potentiam Dei omnes
Mundi incolæ legant. Quod enim Ethnici, de *Phidia* summæ classis
statuario referunt, cum, cum statuam Minervæ in templo ipsius A-
thenis collocaturus esset, suam ipsius imaginem, clypeo ejus tam af-
fabrè affinxerit, ut si quis illam Phidiæ imaginem, ex illa statua aufer-
ret, is totum opus perditum iret: Sic etiam Deus opifex ter Opt. Max.
omnibus creaturis suis fulgentissimas majestatis suæ notas impres-
sit, ex quibus ipse agnosci & velut manibus palpari possit, sicut A-
postolus loquitur *Actor. 17, 27.* Nam ut in præsentiarum uno hoc
tantum exemplo declarem, Quid quæso est maximè mirum, quod
Deus in facie humana, tanquam re parva fecit? nempe quod inter
tot homines diversissimos in mundo, inter tot millies millena millia
nunquam reperiantur duo homines in facie omninò similes, & in
tam parva facie Deus omnes sensus locavit. Quæ certè facierum hu-
manarū varietas decusq; inter singularia Dei miracula referri debet.
Unde divus Paulus *Ephes. 3. vers. 10.* sapientiam Dei emphaticè voce
ποφίαν πολυπόικilon hoc est, multiformem, Lutherus pulchrè manig-
salige Weisheit appellat.

2. In opere
Redemptio-
nis.

Sic etiam πολυπόικιλῶς h. e. multiformis Dei sapientia in opere re-
demptionis ex parte est manifestata, qua ipse modū invenit, ut divina
natura humanæ, in unitate personæ ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀδιασώτως, καὶ
ἀδιασπνείτως, hoc est, inconvertibiliter, indivisibiliter, indistanter, &
insegregabiliter uniretur, ut à θεανθρώπων genus humanum redimeret-
tur. Sed ex parte dico manifestata est. Est enim revera hoc ipsum o-
pus miraculum miraculorum, καὶ τὸ πάντων καινῶν καινότερον ὑπὸ τὸν ἥλιον,
hoc est, omnium novorum quæ Sol videt, recentissimum, uti *Da-
masc. lib. 3. de orthodox. fide. c. 2.* loquitur, quod Deus homo factus est.
Scio, inquit *Chrysof. hom. 5. de Incarn.* Quòd verbum caro factum est,
at Quomodo factum, nescio, omnis creatura ignorat, adeò ut etiam
ipsi Angeli faciem Patris cœlestis semper videntes in hoc mysterium
cupiant ἐδρακύνειν h. e. introspicere *Petr. 1, 12.* Vox autem ἐδρακύνειν
est vale-

INCOMPREHENSIBILITATE.

est valdè emphatica & significat inclinatio in obliquum capite, trans-
versim quasi oculis semiclausis & velut per transfennam introspecere.
Et hic contèmplationis modus propterea adhibetur, ut res
accuratè cognoscatur. Ideò per metaphoram simpliciter pro accu-
rata inspectione usurpatur in loco allegato & *Jacob. cap. 1. vers. 25.*
LXX. Interpr. in Veteri Testamento *Cant. 2, 9.* utuntur hac voce pro
קָנַן quod est intentè & cum animi observatione prospicere & in-
tueri. Item pro קָנַן ex alto prospicere *Gen. 26, vers. 1.*
Paral. 15, vers. 29. *Proverb. 7, 6.* *Luc. 13, 11.* γυνὴ συγκύπτουσα est mulier incur-
vata & ἀνακύπτει *Luc. cap. 21, vers. 28.* est oculis & capite sursum erectis
suspicere. Syrus in novo Testamento *1 Petr. 1, v. 12.* utitur hac voce
קָנַן קָנַן קָנַן cuius radix est Syro-Chaldaica קָנַן & קָנַן
quæ idem est quod קָנַן Piel קָנַן & קָנַן quæ vox notat
speculatus est, vel accuratè inspexit. Inde nomen קָנַן
machina vel turris lignea, quæ extruitur contra urbem ad eam ex-
pugnandam, sicut accipitur *2 Reg. 25, 7.* Ex parte igitur Dei sapientia
in hoc articulo est manifestata, & ex parte mansit abscondita. Unde
divus Paulus *1 Timoth. 3, vers. 16.* dicit, quod Deus in carne sit mani-
festatus ἐφανερώθη ἐν σαρκί, & nihilominus in eodem versiculo eam ma-
nifestationem vocat ὁμολογηθῆναι μέγα τὸ τῆς θεοσεβείας μυστήριον h. e. citra
controversiam magnum pietatis mysterium, tum quod sit doctrina
arcana, hominibusque à natura ignota, tum quod etiam post ma-
nifestationem multa in ea manserint arcana & abscondita, quæ piè
sint miranda, sed non curiosè scrutanda. Et hac de causa *Esaias Pro-*
pheta cap. 9, vers. 6. inter alia Messix nomina etiam hoc ei nomen
tribuit, quod sit נִפְלֵא hoc est, admirabilis vel velatus, Lutherus
wunderbar. quod nomen etià *Judic. 13, v. 12.* ipse Dei Filius sibi tribuit,
radix ejus est נִפְלֵא inde in Niphal נִפְלֵא significat se-
paratum esse ab hominum notitia, tum sensualitum intellectuali.

XIV.

Denique in opere sanctificationis Deus sapientiam suam manife-
stavit, sed tantum ex parte. Sic conjugium spirituale inter Christum
& Ecclesiam divus Paulus *Ephes. 5, vers. 32.* vocat μυστήριον μέγα hoc est,
mysterium magnum. Ubi notandum, quod licet varia in scriptura
sacra nobis manifestata sint mysteria, tamen inter ea omnia Duo
tantum sunt MYSTERIA MAGNA. Primum est unio personalis dua-

3. In opere
sanctificatio-
nis.

rum



DE DEI

rum in Christo naturarum, de quo in thesi præcedenti diximus. Quod enim duæ istæ naturæ in unam personam sint unitæ, unamque personam constituent, fide tenemus, & vocabulis utcunque explicare possumus; at quomodo sint unitæ, sive quomodo natura ἔλογος infinita & immensa, cum natura humana finita & dimensa, in unam personam indissolubili vinculo unita sit, ita ut ubi una est natura ibi quoque sit altera, nullus creatus intellectus potest capere, nos tamen fide hoc tenemus, quia ipse Spiritus sanctus hoc mysterium significantissimis verbis revelavit per Ap[osto]l[um] Paul. Coloss. 2. v. 9. omnis plenitudo Deitatis habitat in Christo σαρκωτικῶς hoc est, corporaliter, Leibhaftig. Et hęc ratio nostra est captivanda sub obsequium fidei. Alterum mysterium magnum est Unio spiritualis Christi cum Ecclesia, quæ etiam intelligentiam & sensum nostrum excedit. Quod enim tota persona Christi ex divina & humana natura constans, & in persona Christi utraque natura secundum substantiam & ἐνεργίαν vel operationem Ecclesiæ suæ præsens sit, piè credimus. Quia ipse Christus, qui est os veritatis, id dixit Matth. 18. vers. 20. cap. 28. vers. 20. at quomodo nobis adsit, quomodoque ea præsentia secundum utramque naturam possibilis sit, nos capere aut comprehendere ratione nostrâ non possumus, quam tamen sub obsequiũ fidei captivamus, secundum monitum divi Pauli 2 Corinth. 10. si autem humana ratio sciscitari & curiosè rimari pergit, aut quæ obloquatur, invenit, dicimus nos quod facessere debeat à piis mentibus tam curiosa protervia. Metam enim nobis hęc Apostolus figit, quando inquit: O profunditatem divitiarum sapientiæ & cognitionis DEI, Romanor. 11. vers. 33.

XV.

III. Incognoscibilitas γνώσις h. e. scientia divina. Quia nullus creatus intellectus capere potest, quomodo Deus πάντοτε ab æterno omnia opera sua cognoverit, sicut dicitur Act. 15. vers. 4. & quomodo ipse in tempore omnia & præterita & præsentia & futura, omniaque arcana & abstrusa, necessaria & contingencia ἀθέτως uno cognoscendi actu intelligat & cognoscat. Hoc, inquam, intelligere intellectus nostri lumine non possumus, & tamen πάντως credimus, quia in scripturis revelatum esse novimus. Sic Dan. 2. vers. 22. dicitur ipse revelat PROFUNDA (h. e. mysteria supra omnem creatæ naturæ intelligentiam constituta, ut est mysterium Trinitatis, incarnationis Fi-

nis Filii Dei, extremi iudicii, resurrectionis mortuorum &c.) & ABS-
CONDITA (hoc est, arcana cordium, nempe proprias cordis &
voluntatis actiones, quæ in cordis recessu, tanquam in abyſſo qua-
dam absconditæ latent) & IN TENEBRIS CONSTITUTA (h. e. futu-
ra contingentia, quæ nec actu sunt, nec unquam fuerunt, neque in
causis suis determinatè continentur, & ob id certam homini cog-
nitionem parere haud possunt.) Hæc autem omnia Deus uno intelli-
gendi actu novit, & ex infinito intellectus sui lumine præsens cogno-
ſcit. Unde *Hebr. 4. vers. 13.* dicitur, quod omnia sint nuda & resupi-
nata oculis ejus (scilicet Filii Dei) *Samuel. 16. vers. 7.* Homo intue-
tura quæ apparent, DOMINUS autem INTUETUR COR. *Daniel. 3.*
vers. 4. Deus tu INTUERIS ABYSSOS. *Ecclesiast. 23.* Sapiens ait: O-
culi Domini multò plus lucidiores sunt super solem, circumſpicien-
tes omnes vias hominum & profundum abyſſi. Quibus dictis pro-
batur, Deum cunctarum rerum, etiam creatæ cuius intelligentiæ,
incomprehensibilem, absolutissimam & clarissimam, atq; (ut scho-
lastici Theologi loquuntur) intuitivam scientiam habere. Hoc
enim denotat verbum illud INTUERIS & INTUETUR. Et hanc Dei
scientiam divus Paulus *Roman. 11. vers. 33.* nominat *βόθος γνώσεως θεῶν*,
hoc est, profunditatem scientiæ divinæ, quod nullus hominum eam
possit investigare.

XVI.

Quartò est incognoscibilitas *δυναμικῶς* h. e. POTENTIÆ DIVINÆ. *IV. Inco-*
Quoniam Deus *ἰσχύει πάντα* hoc est, super omnia facere potest *ἰσχύει ἐν* *gnoscibilitas*
πάντων superabundanter. Lutherus reddidit *überschwenglich* / vel *δυναμικῶς* vel *Potentia di-*
ultra omnia, quæ petimus aut INTELLIGIMUS. Et hunc locum *vine.*
meritò opponimus illis, qui decempedâ rationis suæ curvæ atque
obliquæ immensos religionis nostræ agros demetiri præsumunt, in-
finitamq; Dei potentiam terminis atque limitibus Philosophiæ con-
cludere satagunt. Nimirum.

Divina humanis emensi ad robora vires,

Virtutem brevibus cupiunt comprehendere metis.

Contrà nos qui rectius ex scripturis sacris instituti & imbuti sumus,
hoc axioma tanquam Tegeci dextram vialem, h. e. tanquam regulam
& cynosuram sacrosanctam perpetuò nobis ob oculos ponamus:
Quicquid Deus in verbo suo aut dicit aut promittit, illud præstare
potest, etiam si omni rationi humanæ impossibile, & cum contradi-

B

ctio.

etione conjunctum esse videatur. Contradictio enim illa, quam ratio sibi fingit, non est *ἀληθινή*, sed tantum *φαινομένη* hoc est, non est vera, sed apparens. Huic axiomati plena fidei *πληροφασία* innitebatur Abrahamus, filium suum immolare jussus. Promptè enim obsequabatur Deo, etiam si juxta regulas rationis humanæ investigare, non posset, quomodo promissio de multiplicatione feminis, cum mandato illo confisteret. vide *Genes. 22.*

XVII.

V. Incognoscibilitas
Charitatis
atq. Bonitatis
divinae.

Quintò est incognoscibilitas CHARITATIS atque BONITATIS DIVINÆ. de qua divinus Paulus *Ephes. 3. v. 18.* graphicè loquitur, quando inquit, ut valeatis assequi cum omnibus sanctis *πὶ τὸ πλάτος, καὶ μήκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος*, hoc est, quæ sit latitudo & longitudo & profunditas & sublimitas (scilicet divinæ charitatis.) Quæ est descriptio immensæ charitatis Dei & Christi, de mysterio salutis gentium, (uti ex *v. 3. & 6.* patet) emphatica & figurata à quatuor corporum dimensionibus (quas nulla Philosophia agnoscit) latitudine, longitudo, profunditate & altitudine desumpta, quas Græci interpretes, præsertim a. Phorius in scholiis elegantissimè explicant. Et quidem ¹Charitas illa Dei LATA est. Quia ad omnes homines sive in cælo aut in terra existentes, sive Judæos, sive gentes, sive ante legem, sive in lege, sive post legem, sive vivos sive mortuos sese extendit. ²LONGA EST. Quia perpetuò durat. Est enim ab æterno in æternum. Quia Deus ab æterno prædefiniivit, ut per Christum gentes servarentur. Quid autem longius est æternitate? ³EST PROFUNDA. Quia abyssum charitatis divinæ nullus hominum rimari & scrutari, aut profunditatè beneficiorum Christi satis mirari potest. Quoniam è coelo descendit & ad inferos penetravit, propter nos & salutem nostram. Exspoliavit enim Principatus & potestates, easque traduxit confidenter, uti Apostolus loquitur *ad Coloss. 2. vers. 15.* ⁴EST ALTA. Quia declarata fuit à Deo, qui in altis habitat, & à Christo qui ex altis descendit, & ascendit in altum super omnes cælos, & exaltatus super omnes principatus & potestates, sedet ad dextram Dei *Ephes. 4. v. 10.* in excelsis *Eccl. 8. vers. 1.*

XVIII.

Dubium.

At dicat aliquis: quomodo charitas Dei & Christi incomprehensibilis dici potest, cum divus Paulus ipse in loco allegato dicat, se rogare Deum Patrem, ut per Spiritum S. eos corroborare velit, quo vale-

INCOMPREHENSIBILITATE.

II

valeant assequi (καταλαβέω) cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo & profunditas & sublimitas charitatis divinæ. Si ergò Ephesi eam potuerunt comprehendere, quomodo ea incomprehensibilis dici potest?

XIX.

Responsio.

Respondemus complementum hujus precatōnis Paulinæ intelligendum est, cum discrimine hujus & futuræ vitæ. In hac vita cognitio illa inchoatur; in futura autem vita consummatur. Quia hîc ex parte tantum cognoscimus & per speculum in ænigmate 1 Cor. 13. v. 12. Quare τὸ ὄτι in hac vita cognoscimus, h. e. quod Deus in dilecto suo Filio superabundanter nos dilexerit: sed τὸ διότι ignoramus, hoc est, quare nos homines, & non etiam Angelos lapsos eo dilectionis gradu complexus sit. Hic ergò omnis Angelorum hominumq; lingua conticescat oportet. In vers. 19. Apostolus addit: Γνωμαίτε τὴν ὑπερβαλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. Et cognoscere illam, quæ omnem cognitionem superat charitatem Christi. Ubi licet Lutherus Hieronymum sequutus, hunc sensum reddiderit: Christum lieben ist besser denn alles wissen: attamen si Græcum textum rectè expendimus: reddendus ille est non de dilectione nostra, sed Christi, & Apostoli vocabula ita sunt resolvenda: & rogo, ut possitis γνωμαίτε τὴν ὑπερβαλλουσαν τῆς γνώσεως hoc est, qui omnem cognitionem superat, sive quæ omni cognitione superior est. Quam explicationem etiam Photius in scholiis adprobat. Unde evidenter patet, quod charitas tum Dei tum Christi erga nos sit infinita & immensa, licet ex parte nobis sit revelata & eatenus cognosci possit: attamen ex parte nobis revelata non est, atque eatenus ἀγνωστος & incognoscibilis est.

XX.

Sexto est incognoscibilitas JUDICIORUM DIVINORUM, quibus Deus hominibus præmia & pœnas distribuit: vel sunt decreta Dei de hominum tum prosperitate, tum calamitate. Sic dicta, quod à Deo justissimo proficiantur. Ea q; locum habent in rebus tum Politicis sive mundanis, tum Ecclesiasticis, quæ à divo Paulo Romanor. cap. 12. vocantur κείματα ἀνεξερεύνητα hoc est, judicia imperscrutabilia, quorum videlicet rationem nulla creatura scrutando assequi possit.

VI. Incognoscibilitas judiciorum divinorum.

Judicia Dei sunt Politica & Ecclesiastica.

B. 2.

Judi-



Judicia Dei
politica sunt
judicia cru-
cis & mor-
tis.

Judicia cru-
cis

Judicia Mundana sive Politica sunt rursus gemina: *Judicia crucis*
& *Judicia Mortis*.

Judicia Crucis sunt quibus Deus crucem & calamitatem homi-
nibus mirabili nobisq; incognito modo dispensat. Quis enim homi-
num sibi relictus rationem dare potuit, cur iudicium à domo Dei
incipiat? *1 Pet. 4.* Nonne mirandum est, quod sæpè sceleratis & impiis
hominibus omnia tribuat Deus secundissima, & ad ipsorum volun-
tatem fluentia, eosque coronet victoriis, omnibusque hujus vitæ
bonis, non secus ac si amici essent, & filii Dei: pios autem & inno-
centes viros magnis calamitatibus & acerbitatibus deprimat & con-
terat, adeò ut instar hyrundinum sæpè querulas voces gemitusque
edant cum *Asapho ex Psalm. 73. vers. 14.* percutior quotidie & affligor
mane:

Creuz vnd Unglück / ist mein täglich Frühstück.

Et hoc iudicium *Asaphi* omniumque piorum est *στυγνόν* & carnale,
nam expressè ibidem fatetur *vers. 16. 17.* *Asaphus*, se rationis benefi-
cio extricare se nullo modo potuisse: Quid causæ sit, quod impii fe-
lices sint, pii verò totà die flagellentur, sed id tandem in sanctuario
Dei didicisse. *Laborabam*, inquit, *ut cognoscerem hoc, & labor erat*
ante me, donec intravi in sanctuarium Dei (hoc est, Ecclesiam.) Et qui-
dem cives Ecclesiæ de hisce Dei iudiciis ferre possunt iudicium, ex
schola Spiritus sancti haustum. Verumtamen & illud tandem ex
parte est. Noverunt enim *τὸ θεῶν* hoc est, quod illud fiat, & *τὸ δεικνύμενον* gene-
rale, hoc est, *causam generalem quare fiat*, illud etiam gentibus inno-
tuit: hoc verò solis Christianis liquet, nempe propter *δοκιμασίαν* &
probationem piorum, & invitationem impiorum ad poenitentiam.
Ebr. 12. vers. 5. 6. 7. 8. & *Rom. 2. vers. 4.* Verùm *τὸ δεικνύμενον* sive *causa specialis*
quam obrem fiat, & *modus quomodo iudicia hæc cum iustitia Dei con-*
gruant, nobis revelata non sunt. Ita sæpe sub Dei beneficiis erga impios
latent flagella, & sub calamitatibus piorum abscondita sunt maxima bene-
ficia. Quare hæc iudicia non immeritò Libro clauso & obsignato
assimilantur, cuius signacula nemo præter Leonem de tribu Juda a-
perire potest. *Apocal. 5. v. 1. 2. 3. 4. 5.*

Judicia
mortis.

Judicia mortis sunt, quibus Deus homines variis mediis mo-
dis-

disque nobis incognitis ex hac vita avocatur: alios in juventute; alios in virili ætate, alios in decrepita senectute: Quod ordinaria Dei iudicia attinet, hostes Ecclesiæ plerumque tragicos exitus habuerunt. Id quod exempla testantur tum sacra tum profana. Pharaonem enim, qui primus Ecclesiam persequutus est, gravissimas pœnas dedisse legimus. Fluctibus enim maris rubri obrutus est, totusque exercitus cum eo, sicut scriptum exstat *Exod. 14*. Deinde *Dathan & Abiram*, qui primi schismatici fuerunt, gravissimas etiam pœnas dederunt, quia vivi à terra absorpti præcipites in infernum unà cum tota familia sua dejecti sunt *Num. 16*. Idem testatur exemplum *Rezebelis* 2 *Regum 9*. *Antiochi Epiphanis* 2 *Machab. 9*. *Herodis Magni*, qui aliàs *Ascalonita* dictus, qui que infantes Bethlehemiticos jugulandos mandavit, vermibus scatens animam miserè exhalavit. *Joseph. lib. 17. Antiq. Judaic. cap. 9*. *Herodis Tetrarchæ*, qui aliàs *Antipas* dictus, qui que *Johannem Baptistam* decollavit, in exilio miserè periit, ut docet *Joseph. lib. 18. Antiq. Judaic. cap. 14*. *Herodis Agrippæ*, qui *Jacobum patruem Domini* interfecit, à vermibus erosus animam efflavit ut patet *Act. 12. vers. 23*. Idem testantur exempla profana. *Neronis*, qui à seipso, *Domitiani*, qui à suis interfectus est, *Trajani*, qui horrendà paralyti & simul hydropisi extinctus. *Decii*, qui in voraginem abjectus, ab eadem absorptus est. *Galerii & Maximini*, qui in eos morbos inciderant, quos nulli medici sanare, imò ne ferre quidem potuerunt. Unde divinam esse plagam ipsimet fateri coacti sunt, ut extat apud *Eusebium l. 8. & 9*. Et hi quidem tyranni pœnis gravissimis, quas meriti fuerunt, justo Dei iudicio affecti sunt. Verùm quod *extraordinaria Dei* attinet iudicia, sæpe rerum invertitur ordo, quem nemo hominum investigare aut rimando scrutari potest. Nam etiam interdum pii & innocentes ob peccata parentum aut majorum vel aliorum, crudeli morte occumbunt, sicut testantur exempla tum in Veteri tum in Novo Testamento, quorum insignia *septem* in medium adducemus. ¹ Cum *Saule* parente suo impio, pius *Jonathas* in prælio occisus est, *1 Samuelis 31. vers. 2*. *1 Paral. 10. versic. 2*. ² propter peccatum ejusdem *Saulis*, qui *Gabaonitas* contra fidem datam occiderat, *septem filii* ejus innocentes crucifixi sunt in monte coram Domino. *2 Sam. 21. v. 6 9*. Domino factum illud adprobante, uti colligitur ex *vers. 14*. quia Deus terræ reconciliatus est post hæc, h. e. pœna Israëlitis divinitus propter peccatum *Saulis* inflictæ, nempe fames trium annorum ces-

favit: ³ propter *Davidis adulterium & homicidium infans* ejus præmaturâ morte abreptus est *2 Sam. 12. vers. 15.* ⁴ propter peccatum *Davidis* (nempe quod populum Israël numerari iussit) septuaginta mille viri peste extincti sunt *2 Sam. 24. vers. 15.* ⁵ ob *Avi Manassis & Patris etiam Ammonis peccata*, pius *Josias* in bello est mortuus *2 Reg. 23. vers. 26. 29.* quamvis & ipse temerariè bellârit *2 Paral. 35. vers. 22.* ⁶ ob *parentum Judaorum idololatriam* parvuli & sugentes (circumcisi) dicuntur excindi *Jerem. 44. vers. 7.* ⁷ Denique etiam *pueruli Bethlehemiici innocentes*, (quos *Flores Martyrum* pulcherrimâ voce appellat *Prudentius*) crudeli morte ab *Herode Magno* sive *Ascolanita* affecti sunt *Jerem. 31. vers. 15. & Matth. 2. vers. 18.*

XXIV.

Similiter *μακροβιότης* h. e. *vita longaevitas*, secundum ordinarii iudicii divini regulam, promittitur piis *Exod. 20. v. 12. Deut. 5. v. 16. Ephes. 6. vers. 3.* At contra *βραχυβιότης* h. e. *vita brevitatis*, secundum absconditi iudicii divini decretum etiam piissimis interdum, deq; *Ecclesiâ Christi & religione orthodoxâ præclarè meritis*, divinitus constituta mirabili cum eventu fuisse legitur. Exemplum hujus rei memorabile habemus in *Joviano Imperatore & Athanasio Episcopo Alexandrino*. Et quidem ille post susceptum imperium non diutius quam septem menses rerum gubernacula tractavit, & hic, quem ille ab exilio *Alexandriam* revocavit, inque pristinam dignitatem reposuit, obitum Imperatoris è vestigio subsequutus est. Sicut apud *Socrat. lib. 3. cap. 22.* & in *vita divi Athanasii* legitur. Similiter *EPIPHANIUS* *Origenis errores damnans*, adversarium ea in re expertus est *Johannem Episcopum Hierosolymitanum*, ut testatur *Socrates lib. 3. c. 10.* cui suffragari visus est *Johan. Chrysostronus Præsul Constantinopolitanus Socrat. lib. 3. cap. 17.* At cum ille *Constantinopoli* in *Cyprum* ad suam *Ecclesiam* rediturus navim conscenderet, *Johanni* dixit: Te minimè in *Episcopatu* moriturum auguror: Cui *Johannes* contrâ; Et ego te in patriam non perventurum existimo. Utrumque evenit. Nam *Epiphanius* in itinere mortuus est, & *Chrysostronus* paulò post ab *Eudoxia* in exilium pulsus, febri & capitis doloribus correptus, vitâ excessit. *Socr. lib. 3. c. 13.* Horum piissimorum virorum mors præpropera & matura, non evincit eos Deo displicuisse. Pertinent enim hæc exempla ad iudicia Dei extraordinaria, quæ quidem mirari possumus sed rimari non debemus.

Judi-

INCOMPREHENSIBILITATE.

IX

XXV.

Judicia Dei Ecclesiastica abscondita sunt, quæ Deus in Ecclesia inq; rebus divinis, modo singulari nobisq; incognito. Ea que sunt trium ordinum. Vel enim sunt *universalia*, vel *particularia*, vel denique *singularia*.

XXVI.

Universalia sunt tum *Angelorum* absoluta reprobatio, tum *proplatorum nostrorum*, inq; iis, totius humani generis, in gratiam receptio. Erant certè utrique pares; utrique enim rei mortis & æternæ damnationis erant; & tamen illi abjecti, hi verò in gratiam recepti sunt. Diversitatis autem horum judiciorum rationem nullus Angelorum aut hominum investigare potest.

1. *Universalia.*

XXVII.

Particularia Dei judicia sunt quæ exercet erga totam aliquam gentem vel nationem. Et horum *tres gradus* constitui possunt. *Primus* est *unius gentis vel nationis præ alia vocatio*, hoc est, quod Deus quasdam gentes vocat, atque ad gratiam Evangelii perducit, missis ad eas concionatoribus & Doctoribus veritatis, crebrisq; ad eas commovendas factis miraculis: alias verò gentes nihilo priores illis in tenebris ignorantia derelinquit, non mittens illis verbi præcones sinceros, à quibus ad agnitionem veritatis perducantur. Quomodo Judæos populum duræ cervicis in peculium suum assumpsit, judiciaq; sua iis manifestavit; qualiter non fecit omni nationi, ut ipse David inquit *Psal. 147.* cum tamen secundum rationis judicium aliæ gentes vel æquali, vel etiam promptiori obsequio videbantur vocanti Deo obtemperaturæ. Quænam quæso est diversitatis ratio? causa nulla dari potest alia, nisi judiciorum Dei nobis imperscrutabilium abyssus. Sic etiam *Ninivitis* privilegio planè singulari ex Judæa mittit Prophetam Jonam, cujus ministerio illi ad poenitentiam conversi, poenas temporales & æternas evitârunt.

2. *Particularia. Horum sunt gradus. Primus gradus.*

Secundus gradus est *vocationis vicissitudo atq; alternatio*. Videlicet quod Deus pro admiranda sua sapientia, nunc hos, nunc illos vocat & convertit, quod rejectis Judæis gentiles qui erant olim non populus, vocârit in populum, præter opinionem hominum, & rursus Judæos per incredulitatem abjectos, supra & præter spem humanam inferere, atque ita modò gratiæ, modò severitatis suæ judicia mirabiliter ostendere novit.

Secundus gradus.

Tertius

Tertius gra-
dus.

Tertius gradus est vocationis apud quosdam populos inefficacitas, apud quosdam verò nullitas hoc est, Deus sæpè quibusdam populis magna dedit ad conversionem auxilia, quibus tamen sciebat nihil ea profutura: eadem verò aliis denegavit, qui si ea habuissent, vehementer ad poenitentiam commoti fuissent. Id quod Christus *Matth. 11.* docet hisce verbis: Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, utiq; in sacco & cinere poenitentiam egissent.

XXVIII.

3. Singula-
ria.

Singularia Dei iudicia sunt, quæ Deus exercet, erga certas quosdam in individuo personas. Ut quod *Abrahamum* ex gentilitate vocavit, & ab idololatria ad verum Dei cultum perduxit, reliquis in idolomania sua relictis *Josua 24. Genes. 11.* quod *Manassen Regem* extremè impium sicut in vincula conjici, atque in Babylonem abduci, ut hoc medio ad poenitentiam flecteretur, *2. Paral. 33.* Quod *latronem* in cruce conversum in Paradisum transtulit *Luc. 23.* Quod denique *Paulum* antea *Saulum* dictum, persecutorem Christianorum violentissimum, in ipsa persecutione singulariter mirabili, & mirabiliter singulari ratione modoque convertit *Actor. 9.* Hæc sunt *νεμετααιεσευνησε*, hoc est, iudicia imperscrutabilia, quorum videlicet rationem nulla creatura scrutando assequi possit. In quorum consideratione meritò exclamandum est cum Apostolo: O profunditatem divitiarum & sapientiæ & cognitionis Dei; quàm imperscrutabilia sunt iudicia ejus!

XXIX.

VII. Inco-
gnoscibili-
tas Viarum
Dei.
Via Dei tri-
plices sunt.

Septimò est incognoscibilitas VIARUM DEI, quæ sunt arcana consilia & dispositiones, quibus Deus mirabiliter suos ducit, eorumque vitam & actiones sæpè ad fines ipsis incognitos, imò intentioni eorum contrarios dirigit. Eæ quæ viæ sunt triplices: *Universales*, *particulares* & *singulares*.

XXX.

1. Univer-
sals.

Universales viæ Dei sunt, quibus universam Dei Ecclesiam Catholicam mirabiliter ducit, eam non tantum contra omnes portas inferorum h. e. assaultus, astutias, atque consilia conatusque diaboli & organorum ejus potenter defendendo, sed etiam per universum mundum eam mirabili motu diffundendo. Sive enim Orientem, sive Occidentem, sive Meridiem, sive denique Aquilonem spectemus,
Eccle-

Ecclesiā Christi ubiq; reperiemus, si non visibilem, saltem invisibilem. Quia Christi regnū ad fines terræ sese extendit *Psal. 72. Zach. 9.* Est enim regnū Christi simile fermento, ut ipse Christus inquit *Mat. c. 13. v. 33.* sicut enim fermentum modicū totam farinæ subactæ massam; eamq; fermento longè majorem occultā virtute suā pervadit, penetrat, & perambulat: ita quoq; Evangelium regni cœlorum à minutissimis exordiis incrementa sumit, totasq; domos perambulat, urbes & regiones, amplissima regna, orbē deniq; omnium terrarum & gentium, sicut Paulus inquit *Coloss. 1. v. 23.* quod Evangelium prædicatum sit apud omnem creaturā, quæ sub cœlo est, & quod fructificet in toto mundo *v. 6.* Sic etiam *Bellarminus* ipse, de celerrima doctrinæ Lutheranae propagatione in *Oratione Romæ in Gymnasio Anno 1576. habita, quam Tom. 2. de verbo Dei præfixit*, ita scribit: Quis enim ignorat pestem Lutheranam (ita vocat Orthodoxam confessionem nostram) in Saxonia paulo ante exortam, mox Germaniam penè totā occupasse: inde ad Aquilonem & Orientem, pfectam, Daniam, Norvegiam, Sveciam, Gotthiam, Pannoniam, Hungariam absumpsisse: tum ad Occidentem & Meridiem pari celeritate delatam, & Galliam, Angliam, Scotiam, florentissima quondam regna, brevi tempore populatam: ad extremum Alpes transcendisse, & in Italiam usq; penetrasse? *Hæc Bellarminus.*

XXXI.

Particulares via Dei sunt, quibus ille particulares Ecclesiās mirabiliter ducit, modò in via angusta, modò in augusta, easq; mirabiliter adversus Satanā organaq; ejus defendit. Et quod mirandū, Deus in Ecclesiæ defensione, ut plurimū per media planè contraria agere solet. Nam quando in Phihairoth h. e. in summis angustiis, non secus atq; Israëlitæ in deserto, constituta est, ita ut de ea actū esse videatur, ecce Deus ostendit se esse *αὐτῶν σωτῆρα ἐπὶ ἐσθῆ ἡδὲ ἰούτων* h. e. Servatorem hominū in acie novaculæ versantium, & tum velle opitulari quando à creaturis deserti sumus, sicut *Psal. 72.* dulcissimis verbis dicitur: liberavit pauperem, cui non erat Adjutor. Unde quò magis Tyranni in Ecclesiam sævierunt, eò minus profecerunt, quoque magis crevit persecutio, eò magis piorum crevit multitudo, & increbuit vera religio: juxta pium illum versiculum:

Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cœpit,

Sanguine succrevit, sanguine finis erit.

Licet enim nonnulli pii Doctores propter constantem Evangelii confessionem, in vincula conjiciantur, aut è medio tollantur, verbum Christi tamē ligari nō potest, sicut pulcherrimè de hac loquitur *D. P.*

II. Particulares

DE DEI

lus catenis in carcere vincetus, quādo inquit 2 Tim. 2, 9. in Evangelio meo
malis ego affligor q. facinorosus usq; ad vincula: at sermo Dei vincetus
nō est (αὐτὸς ὁ λόγος & θεὸς ἐξ ἑδραίου) Non igitur nititur humanis p̄sidiis Ec-
clesia Christi, etiam si nonnunquā cō modū habeat hospitii, sub pii ma-
gistratus tutela, ut sub *Constantino Magno*, cum Ecclesia Imperatorē ha-
beret potentissimum, nutritiū benignissimum, atq; protectorē vigilan-
tissimum, secundum iudiciū qd̄ ratiōis videbatur illi nihil posse adversi
accidere: verū illa tum gravissimis de doctrina certaminib. longè gravi⁹
est pressa & quassata, quā unquam antea persecutionib. grassante ni-
mirū per totum Orientem h̄resi Arianā, & omnes passim aulas, adeoq;
Ecclesias p̄cipuas occupante. Quare non confidamus virib. humanis,
aut potentiā magistratus pii, veritatē amplectentis & foventis, neq; etiā
frangamur potentiā hostium Ecclesiae tremēdā, sed sciamus Ecclesiam
in hisce terris militantē sub solius Dei & Christi supremi Ducis nostri,
alis tutam esse. Axioma enim hoc indubitatae veritatis est, Ecclesia & re-
ligio non armis corporalibus, sed spiritualib. h. e. piorum precib. defen-
denda est. Unde pulcerrimē *B. Lutherus* dixit: Viri pii sunt Atlātes illi, qui
mundum precib. suis fulciunt, ne impetu & mole suā ruat in improbos.
Unde paucis multa dicunt, qui Ecclesiam MUNDI COR vocitant, quod
sit primum vivens & ultimum moriens. Et quod pulcerrima hęc mundi
machina adhuc duret, id anne Dei gratiā fieri. p̄pter Ecclesiā perhibent.
Hęc n. Dei irā precib. cohibet, Deumq; colluctantem vincit. Atq; adeo

Grata Deo vis est, precibus cum vincitur: O res

Admiranda! Hominem vincere posse Deum.

Sicut piē *D. Cunn. Rittershusius* cecinit. Contra verò quando aras focosq;
suos armis corporalib. Ecclesia protegere satēgit, saepe victa succubuit,
cum tamen si rationē consuleres, victrix existere ipsa potuisset. Cujus
rei memorabile nobis exemplum suppeditat *Bellum Schmalchaldicum*,
ubi Principes Evangelici arma sumebant adversus Carolum V. caput
Imperii augustissimum. Causa videbatur bona, sed eventus infelix erat,
sicut historiae superiorū temporum testantur. Quo Deus testatum vo-
luit, verum esse illud, quod apud *Esā. c. 55. v. 8.* dicit: Non sunt cogitatio-
nes meae cogitationes vestrae, neq; viā meae, viā vestrae, dicit Dominus.
v. 9. Quia sicut exaltatur celi à terra: sic exaltatae sunt viā meae à viis ve-
stris, & cogitationes meae à cogitationibus vestris.

XXXII.

III. Sin-
gulares.

*Via singulares Dei sunt, quibus ipse ducit mirabiliter electos suos,
in individuo consideratos, sicut ait David Psal. 4. nempe per angusta ad
augu*

angusta. De qua via aliter iudicat mundus in foro soli: aliter iudicat Deus in foro Poli: Mundo sæpè apparet ignominiosa, sed in oculis Dei semper est gloriosa. Sic *Benjamin* filius *Jacobi* Patriarchæ minimus cum esset natus, mater ejus est denata, quia in partu obiit. Unde mater ex affectu muliebri & carnali eum vocat *בן דולר* *Filiū doloris*, nempe ob partus difficultatem: sed pater eum correcturus ex affectu mystico & spirituali eum vocat *בן ימין* *Filiū dextræ* h. e. roboris vel felicitatis vel dignitatis, quia in dextra robur, felicitas & dignitas consistit: vel amoris. Quia dextra nobis charior esse solet sinistra. *Filiū* autem dextræ h. e. dilectum, hunc *Filiū* suum appellavit. Pater, propter filium illum *unigenitum*, *Messia*, in cuius fide exspiravit *Rahel*, & *Jacobus* se procul dubio erexit. En diversam inspicere viam, tum *Matris*, tum *Patris*, illa ductum carnis, hic verò spiritus est secutus, *Gen. 35. v. 18.* *Iosephus* quoq; ejusdem *Jacobi* Patriarchæ filius in carcerem squalidum innocens est conjectus, sicut ex *Gen. 39. v. 20.* patet. Vox n. Hebræa *סוּר* significat carcerē instar crateris rotundum, habentem superius januam, per quam lumen illabitur. Targ. habet *סוּר*, quæ vox domum victorum notat. At ex carcere illo squalido, in quo per triennium miserè detentus fuit ad summam dignitatem evehctus. *Abrah.* h. e. Dominus terræ est factus. Luth. reddidit ein *Landesvater*. *Gen. 41. v. 43.* *David Rex Juda* gloriosissimus mirabiliter quoq; à Deo est ductus. Tern. in Regem est unctus. ¹ à *Samuele* in *Bethlehem* cum esset opilio & 20. annorum adolescens. *1 Sam. 16. vers. 4. 13.* An. M. 2883. ² à sola tribu *Juda* in *Hebrone* *2 Sam. 2. v. 4. 7. 1 Paral. 12.* An. M. 2891. ³ ab omnibus *Israelitis* *Hierosolymis* An. M. 2893. *2 Sam. 5. 1. 3.* In qua triplici unctione ad regiam dignitatem, nihil omnino apparuit regium, neq; in ejus persona (erat enim staturâ parvus & rufus, inter fratres natu minimus, pastor ovium, & cantor) neq; in externa pompa. Quid? quod licet in Regem unctus esset, idq; mandato ipsius *Jehovæ*: attamen per integrum decennium in exilio vivere cogitur. En moras longissimas! en mirabiles Dei vias! sed quid fit? Deus licet eum in ingressu variis modis per varios hostes affligerit, eumq; decennali exilio probavit, attamen in progressu admirabilib. animi corporiq; donis eum exornavit, imperii magnitudine locupletavit, rerumq; gestarum gloriâ magnificavit, ita ut licet ipse corpore parvus, animo tamen magnus exstiterit, immò vir secundum cor Dei appellatus sit, sicut eventus docuit. Unde non sine causa *David* ipse hæc vias Dei mirabiles admirans exclamat *Psalms. 4. 4.* Deus mirabiliter ducit sanctum suum!

DE DEI

XXXIII.

Tales quoq; vias Dei mirabiliter singulares, & singulariter mirabiles, historia tum Biblica tum Ecclesiastica nobis pandunt.

XXXIV.

Via Christi
stic apitis
Ecclesie, sive
statum atq;
officii admirati-
onem consideremus.
est verè
mirabi-
lis dupli-
ci respe-
ctu.
i Respe-
ctu Nati-
vitas.

Via Christi capitis Ecclesie verè mirabilis fuit, sive ejus *nativitatem*, sive *statum* atq; *officii admirationem* consideremus.

XXXV.

Respectu *Nativitatis* via sive egressus ejus fuit geminus: ex Patre ab æternitate, & ex Matre in tempore *Mich. 5.* illius respectu *ἀμήτωρ*: hujus verò respectu *ἀμήτωρ* fuit: id quod *carni & sanguini* ridiculum, imò *merita stultitia* videtur. Unde Turcicus Mahometes in Alcorano divinam Christi *nativitatē* ex Patre *ridet* ita argumentans: Deus Patrem non habet conjugem. Ergò non habet Filium. Verùm errat nesciens scripturas & potentiam Dei *Matth. 22, 29.* De *nativitate Christi temporali* ex Matre virgine *ἀμήτωρ* ratio humana *judicat eā impossibilē esse.* Nemo enim *judicat virginem purā* quæ *gestat uterum* aut *parit puerulum*: adeò ut ipse *Josephus* (q. tamen ob *pietatem & justitiā* à Spiritu S. *commendatur Matth. 1, 19.*) *repudiare Mariam* voluerit, nisi *divinitus de mysterio illo* supra modum *magno edoctus* fuisset, *ibid. v. 20.* Et *Judæi hodierni* Mariam *vocant Matrem & N.* (h. e. Christi *cujus nomen hic reticere solent*) sicut recenset *Buxdorffius in Lex. Hebr. in voce* *מרים* p. 158. *Orosius* meminit, Romanos, cum *quæsiissent ex oraculo*, quamdiu *Templum Pacis* duraturum esset, hoc *responsi tulisse*, usque dum *virgo pareret.* Et *Romulū* cum *statuam suā erigeret* dixisse *illam staturā esse donec virgo pareret.* q. d. usq; in *æternum.* Illud enim *nunquam futurum* confidebant. Verum *memorabile est*, quod *Romæ in templo Pacis*, in nocte *Christi natalitia* corrupti *hi versus inter rudera* inventi sint:

*Virginitas, partus, discordes tempore longo,
Virginis in gremio fœdera pacis habent.*

Huc quoq; refertur quod ipse *Salomon Rex omnium mortalium Regum sapientissimus*, hanc *viam Christi in virgine* *inperscrutabilem* appellat, quando *Prov. 30, 19.* inquit: *Tria sunt abscondita à me & quartum non cognovi: viam Aquilæ in cœlis: viam serpentis super petram: viam navis in corde maris & viā viri in virgine* *וְדֶרֶךְ גִּבּוֹר בְּעַלְמָה* ubi *Salomon* per *viā viri fortis & potentis* nihil aliud intelligit, nisi *ipsam Filii Dei ex matre* *ἀμήτωρ* *incarnationē & nativitatē admirabilem.* Et hanc *viā* se *cognoscere aut investigare non potuisse* dicit, nempe *quomodo absq; virili semine virgo* *cipere & γεννησαι τον* h. e. *Deū & hominē verum in utero gestare, filiū parere, atq; post partum virgo permāere potuerit.*

XXXVI.

Si verò statum atq; functionem Christi, quam in diebus carnis obiit, attendamus, certè via ejus mirabilis fuit, ut verè cum Davide ex *Psal. 4.* dicere possimus: Deus mirabiliter duxit electū suū. Nam hic ille est quem Pater Deus *εὐφρανσε* h. e. signavit, ut alii reddunt ob signavit, h. e. tanquam characterē *καταστάσεως* suæ, vel imaginē suam substantialem certo & immoto decreto ab æterno constituit & ordinavit totius humani generis Doctorē & servatorem, eumq; Spiritu S. & miraculis velut sigillo quodam impresso confirmavit & toti mundo notificavit *Joh. 6.* (Hæc enim omnia vox Græca notanter significat) Hic ille est qui in *μορφῇ θεῶν* h. e. in forma Dei existens, operib. sese Deo Patri æqualiter tanquam verum Deū manifestare potuisset, nihilominus tamē *μορφῇ δούλου* h. e. formam servi ignominiosissimam & abjectissimā assumpsit, habituq; repertus est, ut homo omnibus miseriis & infirmitatibus circumdatus *Phil. 2.*

2. Respe-
ctu Sta-
tus atq;
Officii.

XXXVII.

Hic a. mens Christiana totū vitæ Christi curriculum *ὡς ἐν τύπῳ* mecum introspeciat, secumq; perpendat, annō ratio humana quoties vitā Christi in hisce terris peractā & ab Evangelistis & Apostolis literis consignatam secundū dictamē suū considerat, annon meras *αἰνολογίας καὶ αἰνολογίας* inveniat?

XXXVIII.

Angelus enim nativitātē Christi pastorib. evangelizans eum mundi Servatorem prædicabat *Luc. 2.* sed ecce, propter ipsum vix in lucē editum infantes Bethlehemitici, qui proximi ipsi & conjunctissimi erant, & ætate & sanguine quippe de domo Davidis, bimuli & trimuli ab Herode Tyranno crudeli morte interempti sunt. Ubi Jeremias Propheta contrariū de hoc casu judicium, tum Mundi, tum Dei describit. *Judiciū mundi* atq; rationis hoc modo exponit *c. 31. v. 15.* (Rachel plorat & non vult admittere consolationem, quia NON SUNT) h. e. judicat promissionē de Messia nihil ipsis prodesse, cum tā crudeliter abscissi sint de terra viventium. Verū *judiciū Dei* respondentis statim subjungit *v. 16.* Hæc dicit Dominus: quiescat vox tua à ploratu & oculi tui à lachrymis, quia spes est novissimis tuis & c. *v. 17.* Unde *Prudentius in Hymnis* prudenter hosce infantes occisos *Flores Martyrum* appellat, quando canit:

Salvate Flores Martyrum,

Christi insecutor sustulit,

Quos lucis ipso lumine

Ceu turbo nascentes rosas.

Ex quib. mens Christiana intelligit naturā N. T. nempe quod sal⁹ Christianorū sit ex perditione: vita ex morte; gaudium ex ejulatu & ploratu, spes ex desperatione. Neq; hoc mirū nobis videri debet, quod puer Jesus hoc modo Salvator esse cœperit, nempe per truculentā cadē ad vitam

C 3. οὐρανῶν ἰουδαίου ἀτερ-

DE DEI

æternam: quoniam regnū ejus non est de hoc mundo. Ideoq; neq; salus
ejus est salus vitæ caducæ. Trucidantur n. infantes quorū est Salvator. In
quam sententiā pulchrè inquit *Cyprianus in serm. de stel. & Mag.* In ipso
initio vitæ tota ista innocua phalanx sine ullo integritatis detrimento,
ad solidioris vitæ translata est gloriā, ubi versus est vagitus in gaudium,
& luctus in jubulum.

XXXIX.

Quid si a. penit⁹ vias Christi perlustrabimus, plenas miraculorum
& admirationis eas cognoscemus. Christus n. qui erat rex coeli & terræ
omniumq; Dominus, fact⁹ est omniū servus: ipse erat ditissim⁹ sed factus
est pauperrim⁹: ipse erat honoratissim⁹, sed deridēdū sese præbuit omib.
Es. 53. 3. Ipse ante mundū fuit, & in mundo fuit *Prov. 8. 22.* & tamē in tem
pore natus in mundū venit *Joh. 16. Gal. 4.* Ipse in dieb. carnis esuriit, & ta
men multas hominū chiliadas paucis panib. cibavit *Marc. 8.* Ipse sitiit,
& tamē aquas vivas siti restringendæ propinavit *Joh. 4.* Ipse defessus fuit
& tamē omnib. acclamavit: venite ad me omnes qui defessi estis *Mat. 11.*
infirmus, abjectus, contemptusq; in mundo fuit, & tamen potentia &
sapientia Dei, exstitit, quæ mundū hominēq; creavit *1 Cor. 1.* Ipse ante ju
dicē tanquā reus stetit, & tamen judex vivorū & mortuorū fuit *Mat. 27.*
Act. 17. Ipse accusatus ut agn⁹ obmutuit *Es. 53.* & tamen verbū ipsū fuit
Joh. 1. Ipse spinis coronatus in cruce pependit, & tamen latroni regnum
coeleste promisit *Luc. 23.* Ipse mortuus est, sed per mortem suā destruxit,
& Mortē & eum qui mortis habebat imperiū *Osc. 13. Heb. 2.* Ipse tempore
passionis vermis & non homo fuit *Psal. 22.* adeo ut Pilatus quantum vis
vanus & pfanus Christum spineā coronam purpureamq; palliū gestan
tem exertis digitis monstraret dicens: Ecce homo *Joh. 19. 5.* In summa, in
Christo omnia sunt miraculorum plena. Ipse humiliatus fuit supra o
mnia & exaltat⁹ supra omnia: Ipsius humilitas est nostra dignitas: ipsius
ignobilitas nostra nobilitas, ipsius ignominia nostra gloria: ipsius mors
nostra vita. Quis hīc non exclamet cum Davide: Deus mirabiliter duxit
electum suum! *Pf. 4.*

XL.

Via mē
brorū Ec
clesiæ mi
rabiles.
Exēpla.
1 De mi
rabili cō
versioe D
Augusti
: 11.

Sin v. à capite Ecclesiæ ad *Membrā* ejus descendamus, utiq; viæ Dei
mirabiles nobis monstrantur innumerabiles. Ex *Centuria IV.* exemplū
de mirabili *D. Augustini* conversione adferre placet. *Augustinus* sectæ Ma
nicæorū 9. annis addictus fuit, & ita captus ut nemo eū liberare nec re
sistere ei posset in disputatiōib. Mater ejus *Monica* dies ac noctes, p filio
orabat, ut à secta hac liberaretur, multos quoq; adhibuerat q cū eo con
ferrēt, & errorē ei eximerent, sed à nemine vel vinci vel revocari potuit,
ita ut mater miserabiliter sine ulla cōsolatione angeretur. Ibi noctu so
mniū habuit, quo apparebat ei juvenis stans in quadā *Regula* ac blandē

eā cōpellās: Mulier qd ploras? Doleo, inqt illa, perditionē filii. Rēspōdit juvēis, ubi tu, ibi ille. Excitata mater à somno, letā recitat filio somnū. Inveni tādē cōsolationē inqt, ac pmissiōē, te esse cōvertēdū ad meā regulā: & verba juvenis cōmemorat. Ibi *Augustin*⁹ invertit hoc dictū & dicit matri: nō rectē audivisti, sed ita dixit ille: ubi ego (nimirū ad se & suā doctrinā particulā ego referēs) ibi tu. Mater v. nihil movebatur, sed manebat constantissima in suo sensu. Et Augustinus fatetur se valdē illā matris constantia motū esse, quo facili⁹ in sententiā matris trāsiret sicut scribit *Luth.* in *Gen. c. 27. p. 399.* Modus a. quo cōversus ille est, est planē mirabilis & singularis. An. *Christi 384. etatis sua 30. Mediolani* (ubi tū tēporis Rhetoricā profitebatur) *D. Ambrosi*⁹ Episc. Mediolanens. publicē docentē audivit, nō hoc fine ut⁹ verteretur, aut veritatē doctrinę cęlestis addisceret, sed ut stupēdā *D. Ambrosi* eloquētiā audiret, verū inter audiendū pręter mentem & intentiōem suā mirabiliter⁹ versus est. De qua mirabili sui cōversioe ipse *Aug. l. 9. confes. c. 7.* ita scribit; Veniebant, inqt, in animū meum⁹ simul cū verbis, quę diligebā, etiā Res quas negligebā: & dū cor aperirem⁹ ad excipiendū, quām disertē diceret: pariter intrabat. & quā verē diceret, gradatim qdem. *Hęc D. August.* En mirabilē hęretici hujus pertinacissimi⁹ versioem! Nam ita ipse *Aug. l. 6. Conf.* scribit: Ecce jā tricenariam aetate gerebā, in eodem luto hęsitans dicebā: Ecce Faustus veniet, & exponet omnia. En mirabilē matris *Monica*⁹ stantiā! quam ob filii pertinaciā sæpe cōtristatā. *D. Ambrosius* hisce verbis consolatus legitur: *Impossibile esse filium tantarū lachrymarum perire posse.* En mirabilem deniq; precū matris eventum! Nam Augustinus non tantū est ad veram religiōem cōversus, sed & propugnaculū veritatis factus, adeo ut omnium eruditorū iudicio, omnib. Patribus Latinis eruditionis palmā pręripuerit. Unde mater ejus postea dixit: unū fuit propter quod commorari in hac vita aliquandiu cupiebam, ut te Christianū Catholicum viderem, nunc servum Dei video, sicut *D. August. l. 9. Confes. c. 10.* scribit.

XLI.

Ex seculo superiori quedā exempla memorabilia adferā. Et qdē primō² De mirabili cōversioe B. Lutheri, atq; e-
 de via admirabili quā Deus clementiss. B. Lutherū duxit, in opere refor-
 mationis inchoando, continuando & feliciter consummando. Atq; ut hinc
 exordiar. Lutherus initio nō Theologię sed Jurisprudentię operā dedit,
 sed quodā tempore fulmine territ⁹ & cōsternatus, voto suscipiendi mo-
 nachatus se obstrinxit. Itaq; agens annū 22. aetatis, invito & reclamante
 pariete ingress⁹ est monasteriū Augustinianorū Erfurdie 17 Jul. An. 1505
 sicut testatur *Bucholz. in indico Chronol. p. 465.* Postea v. An. 1517. 31. Oct.

DE DEI

in vigilia omniū sanctor. publicè forib. templi affixit propositiones 95. cōtra indulgentias, quas *Joh. Tezelius* monach⁹ Dominicanus venales circūferebat. Atq; hæc disputatio præter omniū hominū opinionē initiū reformationi præbuit. Nam *Albertus Cranz. SS. Theol. & Decretor. D. Eccles. Hamburgens. Canonius & lector, Historicus celeberrimus*, lectis hisce *Lutheri* de indulgentiis propositionib. dixisse fertur: *Frater vade in cellā, & dic: Misere mei Deus.* Imò ipse *Lutherus* nihil minus cogitavit, quàm integrū Papatū reformare. Initio n. Papā adhuc pro capite Ecclesiæ agnovit, ejusq; censuræ scripta sua reverenter submitit, tantū emendatiōem disciplinæ Ecclesiasticæ, cujus deformes quidā abusus non parum malè habebant bonos omnes, petebat. Verū quid fit? *Lutherus* à *Leone X. Pontifice Romano*, tanquā hæretic⁹ excōmunicatur, sicut non tātum *Sleid. l. 1. Com. p. 1. 2. 3. seqq.* sed etiā ipse *Polydor. Virg. l. 8. c. 4. & Laurent. Suri⁹ Carthusianus* testantur. Ibi *Lutherus* aurā afflatus divinā, ansāq; non tā ultrò arrepta, quam vel nihil tale cogitanti ab ipso Pontificiorū grege propemodū obtrusa, op⁹ reformatiōis piētissimo zelo animosè aggreditur, & adspirāte prorsusq; incredibiles largiente success⁹ divina providentia feliciter cōfecit, atq; orthodoxā religionē per totū terrarū orbē toto mundo frendente & fremente, sine ulla vi externa, solo calamo à Spiritu S. ducto, mirabiliter propagavit, secundum vulgatos versiculos:

*Lutherus Decimum confecit strage Leonem,
De clava noli querere: PENNA fuit.*

Item: *Vir sine vi ferri, vi verbi, & inermibus armis
Totius immensas contudit orbis opes.*

Quo nomine ei tanquam Pontificatus Romani domitori, hoc trophæum præclarum à Poeta quodam est erectum: *Roma orbem domuit, Romam sibi Papa subegit,
Viribus illa suis: fraudibus iste suis.*

*Quanto isto major Lutherus, major & illa,
Istum, illamq; uno qui domuit calamo!
I nunc, Alciden memorato Græcia mendax,
Lutheri ad calamum ferrea clava nihil.*

Item aliud:

*Sceptrum, Bulla, Schola, Regis, Papa, Monachorum,
Uni Lutheroni, sociata, nocent.*

Apud *Homer. in Odyss. Cyclops* ait: prædictā sibi fuisse oculi amissiōem sed expectasse quendā *Ulysse*, q. procerō corpore esset, & ore admodum spectabilis, cū tamen hoc malū sibi à parvo & imbecillo allatū sit. Idem quoq; de Papa dici posset. Sed nō novū est ut *David Tyro*, ingentem *Promachū* fundat & cōfundat. Mirabilis nempe est De⁹ in sanctis suis. Nemo n. vel ne hostiū q. dem inficiari potest, quin digit⁹ Dei in *Luthero* nostro operatus sit. Talia nāq; ausus ille fuit, quæ tot⁹ miratur orbis, & tot gentib. adversus ipsum cōspiratib. unum se opposuit. Et quod memorabile

est hanc futuram religionis reformationem, vel ipsi Abbates, licet inscii quod præfigurarent, quando Carolo V. Imperatori An. 1500. nato ad Baptistarium dono obtulerunt Verus & Novum Testamentum cum hac inscriptione: *Scrutamini scripturas. En vias Dei mirabiles!*

X L I I.

In eodem quoque seculo An. 1548. Petrus Paulus Vergerius, Episcopus Justinopolitanus, à Pontificatu Romano mirabili quadam occasione defecit, sicut Sleidan. l. 21. Com. p. mihi 650. graphicis verbis describit. Cum, inquit, à colloquio Wormaciensi, quod fuit An. 1541. Romam vocatus redisset, Pontifex creaturus novos Cardinales, ipsum quoque designabat inter alios. Erant autem qui clanculum insurrexerant, illum jam multa consuetudine Germanorum factum esse Lutheranum. Hoc ubi Vergerius ex Cardinali Gincio, cui Pontifex dixerat, audivisset, valde fuit attonitus, & ut sese purgaret, in patriam secedit, atque librum orditur, cui titulum dedit *Adversus Apostatas Germania*. Dum autem confutandi causa libros Adversariorum diligenter excutit, & antè considerat argumenta, captum se victumque sentit, & abjectam spe Cardinalatus, ad fratrem germanum Joh. Baptistam, Polæ civitatis Episcopum abit, & re totam commemoratam consilium exquirat. Frater initio territus conditionem hominis deplorat: sed cum illius precibus inductus ad scripturam per investigationem sese applicasset, imprimis autem illud doctrine caput quod est de justificatione, diligenter expendisset, factam sententiarum collatione cedit, & falsam esse doctrinam Pontificiam judicat. Ibi mutuò sibi gratulantes, quod proprium est Episcoporum munus, populum erudire ceperunt per Istriam & Christi beneficium humano generi collatum diligenter inculcant, & cujusmodi opera Deo à nobis requirant, ostendunt, ut ad purum cultum homines revocarent. *Hec Sleid.* Ita impletum videmus illud Davidis prælagium: *Illa queatus est impius in opere manuum suarum: rem meditantem.* *Lutherus reddidit: Der Gottlose ist verstrickt im werck seiner hände durchs Wort h. e. meditatione sc. verbi, per quod nos illaqueare volebat: vel uti Debora inquit Judic. 5, v. 12. captivatus est captivare volens nos, non secus ac Saulus spirans minas ac cædem adversus Christianos nos mirabiliter conversus est Act. 9, 13. En mirabiles Dei vias!*

X L I I I.

Simile exemplum habemus in D. Jacobo Arminio (à quo Arminiani in Hollandia denominantur) cui mirabili occasione lux veritatis in articulo prædestinationis affulgere coepit, sicut Petr. Bertius in Orat. de vita & obitu D. Armenii, Disputationibus eiusdem præfixa, commemorat. Res ita se habet: Circumferebatur, inquit, quorundam piorum manibus libellus à quibusdam Fratribus in Ecclesia Delfensi scriptus adversus Bezam hoc titulo: *Responsio ad*

3 De mirabili consensione P. Pauli Vergerii Episcopi Justinopolitani.

4 De mirabili consensione Jac. Arminii.

argumenta quaedam Beza & Calvini ex tract. de predestinatione in c. 9. ad Rom.
 Eum libellum D. Martin. Lydus, q̄ antea Pastorem egerat in Eccl. Am-
 sterdamensi, tunc v. Professore agebat in nova Frisiorum Academia,
 transmiserat ad D. Arminium, rogaveratq; ut adversus Delfenses patrocini-
 um susciperet Bezae. Nō erat omnino ab hoc instituto Arminio alienus.
 Recens n. ex schola Genevensi auribus circumferebat sonum Lectionum
 & argumentationum Bezae. Accingit se operi. Sed dum molitur refutatio-
 nem, dum argumenta utrinq; expendit, dum confert scripturas, dum se
 torquet ac fatigat, vero victus primò secutus est sententiā illā ipsam quam
 oppugnabat. Postea in eā divina virgula & Spiritus S. ductu delatus est, quā
 ad finē usq; vitæ cōstanter asseruit: decretum sc. Dei æternum in præde-
 stinatione nō esse, eligere præcisè & absolutè ad salutem quosdam, quos
 nondū decrevisset creare, quod voluit Beza, neq; v. posito decreto crea-
 tionis, & previso lapsu, quosdā citra antecedentem ratiōem Jesu Christi,
 quod volebant Delfenses, sed ex creatis & lapsis eos, qui vocanti Deo
 vera obedientia fidei responsuri essent, quod à Melancthone & Hem-
 mingio & aliis permultis assertum est. Hac P. Bertius.

XLIV.

Dubium

DUBIUM. An dubitare possit quispiam: Si Deus est incomprehensibilis & incognoscibilis, quomodo igitur homo salvari potest? Quia in agnitione Dei vera, vita consistit aeterna, uti ex Job. cap. 17. patet.

XLV.

Responsio.

R. quando nos dicimus Deum esse incomprehensibilem, & incognoscibilem, tū hoc ipsum non absolutè sed limitatè est intelligendum, nempe de plena, perfecta & omnibus numeris absoluta Dei notitia, quam homini in hac vita denegari statuim⁹. Quod ut melius intelligatur, quatuor hic veniunt observanda. 1. Objectum. 2. Subjectum. 3. Medium. 4. Modus.

XLVI.

circa in-
 cōprehen-
 sibilitatē
 Dei & sūt
 notanda
 1. Obje-
 ctum.

I. OBJECTUM est Deus q̄ dupliciter consideratur, vel ut Deus absconditus, vel ut revelatus. Dei absconditi (ut Lutherus noster loquitur) nulla est scientia, nulla cognitio. Si n. inquit idem Tom. 6. Witteb. lat. f. 285. 286. vis effugere desperationem de Deo abscondito sive arcano, desine frustra contendere ad videndā faciem Dei, alioquin perpetuò tibi in incredulitate & damnatione hærendum & pereundum erit. Quia qui dubitat, non credit: Qui non credit, condemnatur. Contrà verò Dei revelati est cognitio. Quia Deū ex verbo Evangelii cognoscimus, eaq; cognitio nobis ad salutē est necessaria. 2. Alii Theologi distinguunt inter Nomen Dei absconditū & revelatum: illud est ἀγνωστον, hoc v. γνωστον. De illo Deus ipse, Jacobo Patriarchæ querenti Genes. 32. v. 29. (quod est nomen tuum?) q̄.

Itomachabundus respondet: quid queris nomen meū, quod est mirabile? & *Judic. 13. v. 16.* Manue querenti (quod est nomē tibi?) similiter respondet *v. 18.* cur queris nomen meū, quod est mirabile? **מְלֵךְ** h. e. incognoscibile vel cognitu impossibile? Et *Prov. 30. vers. 4.* Agur filius Jake de Deo dicit: quod est nomen ejus, & quod est nomen filii, si nosti? Et *Esai. 9. vers. 6.* inter alia Filii Dei nomina etiam hoc ponitur, quod sit **מְלֵךְ** Phele h. e. arduus, mirabilis, vel velatus. Ab hac hebr. voce Pheli, descendūt Græca *φωλῆς, φωλέων, φωλάζω* lateo velatus vel absconditus. Item Latina, velo, velū, velamē. Quæ enim nobis velata vel abscondita sunt, illa mira vel mirabilia nobis videntur. Hac de causa Seraphim ad præsentiam divinæ majestatis, Patris, Filii & Spiritus S. duabus alis facies suas tegebant, eo significātes divinæ majestatis mysteria, a nullius creaturæ intellectu, ac ne Angelis quidē ipsis comprehendere possent: ac proinde admodū sobriè & summā cum reverentia de hoc coelesti mysterio esse cogitandum & loquendū, imò potius esse adorandū, quam curiosè investigandum. Quod v. nomen Dei revelatū attinet, sedulo illud est agnoscendū, invocandum & celebrandū, uti ipse Christus in Oratione Domini docet nos orare: Sanctificetur nomen tuum. *Matth. 6. v. 9. Lu. 11. v. 2.*

XLVII.

² SUBJECTŪ sunt *homines vel extra Ecclesiam, vel in Ecclesia vivētes.* Illi ³ Subjectum. licet generali Dei notitia sint instructi, uti ex *Rom. 1, 19. c. 2. v. 14. 15.* patet: attamē speciali carent. Quia vivunt sine Christo Deoq; carent in mūdo. *Eph. 2, 12.* imò ignorāt Deū servientes iis q; naturā nō sunt dii *Gal. 4.* Hi v. licet pleniorē & specialiorē habeāt de Deo cognitionē, quā gentiles, attamē & illa non est omnib. numeris absoluta. Quia hīc *ἐν μέρει* h. e. ex parte tantū cognoscimus *1 Cor. 13, 12.* In ceteris v. partib. Deus nobis manet absconditus, ac proinde *ἀγνωστος* & incognoscibilis. **XLVIII.**

³ MEDIUM cognoscendi Deū schola triplex constitui potest. Nempe ⁴ Media schola nature, gratiæ, & gloriæ. In *schola nature* per lumen rationis Deus cognoscitur ex libro creaturæ h. e. ex visibili mūdi fabrica, & ex libro cōscientiæ, vel ex lege nature cordib. nostris inscripta. *Ro. 2, 14. 15.* In *schola gratiæ*, Deus p. fidē cognoscitur ex libro scripturæ q. in ænigmate *1 Cor. 13.* Deniq; in *schola gloriæ* Deus cognoscitur ex *αὐτοψία* & intuitiva visione, quæ quidē fit oculis non quidem corporis, sed mentis, uti in exercitatione de invisibilitate Dei ostensuri sumus. Jam v. quādo Deus in scriptura dicitur absconditus *Es. 45, 15.* incōprehensibilis cogitatu *Jer. 32.* & scientiam nostrā vincens *Job. 36, 26.* similiter quando D. Paulus *Rom. 11, 33.* inscrutabilia judicia & impervestigabiles vias Dei vocat, tū ex hac terrena schola

DE DEI

schola nempe naturæ & gratiæ deducit nos ad cęlestem, quę est glorię, eamq; non intus contemplantam, sed foris spectandam exhibet.

XLIX.

4. Modus
qui com-
plectitur
Notitiã
Dei tum
natura-
lem tum
spiritua-
lem.

4 Deniq; quod Modum cognoscendi Deum attinet, distinguendum est inter *noticiam Dei naturalem & spiritualem*. *Noticia Dei naturalis est im-* perfecta duob. potissimũ modis. ¹ *respectu objecti vel plane non agniti* (quo pertinet Evangelium, quod est mysteriũ a seculis absconditum *Ro. 16, 25.*) vel *non plenè agniti* (quod pertinet *doctrina legis*, quam homo ex principiis innatis cognitam habet *en megrs* h. e. ex parte tantũ, nempe quatenus est regula obedientiæ externæ: Quod enim internam obedientiam lex Dei à nobis requirat, homo non renatus quã talis, ex se cognoscere nequit. Exemplum habemus in D. Paulo, qui inquit, se concupiscentiã non cognovisse esse peccatum nisi lex dixisset, non concupisces *Rom. 7.* ² *respectu subjecti*, Deum vel nõ satis constanter agnoscentis, vel propter cõgenitã corruptionem de Deo subinde dubitantis. Licet n. oēs hõines opera Dei videant & contemplantur: attamẽ rectè ea videre & contẽplari nõ nisi piis datũ est: stulti v. in mediis Dei operib. Deũ non vident *Pf. 92, 7.* *Noticia Dei spiritualis* a. dupliciter cõsideratur. ¹ *absolutè* h. e. respectu *stat⁹ presentis* qui est status gratię & locũ habet in hac vita, tum est perfecta: quia in scriptura omnia sunt revelata quę nobis ad salutẽ, tum ratiõe *græcijs*, tum ratione *regijs*, sunt necessaria *Joh. 20. Act 20. 2 Tim. 3.* ² *cõparatè* h. e. respectu *status sequentis* quæ est status glorię & locũ habet in vita æterna. Sic est imperfecta, enigmatica & symbolica. Quia tantũ *en megrs* h. e. ex parte cognoscimus, *1 Cor. 13.* & q. in ænigmate. In futura a. vita erit perfecta (intellige p creaturarum modulo) siq dem modo in finito Deum infinitum cognoscere nõ possumus: quia intellectus noster finitus est) perfecta in quã cognitio nostra erit. Quia Deum à facie ad faciem *1 Cor. 13.* sicuti est *1 Joh. 3.* videbimus.

USVS. L.

Usus in
sex regu-
lis mon-
stratur.

Usum hujus dissertationis de incomprehensibilitate Dei, quid circa eam observare debeamus, certis regulis includemus.

REGULA I.

Regula I
Explicatio.

Revelata ab arcanis & absconditis diligenter distinguere discamus. Lutherus eleganter distinguit inter *Res Dei & Res scripturæ*. *Res Dei* vocat infinitam Dei essentiam & modum Trinitatis personarum in una essentia: item judicia Dei de die & hora extremi judicii & c. Hęc sunt arcana & abscondita nobisq; inscrutabilia. Et hęc exclamandum est cum D. Paulo ex *Rom. 11.* O profunditatem divitiarum sapientiæ & cognitionis Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & inpervestigabiles vię ejus? *Res scri-*

Scripturæ sunt ea, quæ Deus in verbo suo de salute nostra patefecit. Et hæc nequaquam obscura, inscrutabilia & incognita sunt.

L I.

Ex hac regula B. Lutherus Tom. 3. *Genes. f. 168. de seruo arbitrio Erasmi* applica-
hanc distinctionem negligentem vel potius confundentem: reprehensio.
dit, quando ita scribit: Tu ergò cum Paulū adducis dicentem: Incōpre-
hensibilia sunt iudicia Eius, videris pronomen Eius ad scripturā retu-
lisse. At Paulus non dicit incomprehensibilia sunt iudicia scripturæ, sed
Dei. Sic *Es. 40, 12.* nō dicit quis novit sensum scripturæ, sed sensum Do-
mini. Quamvis Paulus asserat Christianis notam esse sensum Domini,
verū in his quæ donata sunt nobis, ut ibidem dicit *1 Cor. 2, 16.* Vides ergò
quàm oscitanter hos locos scripturæ inspexeris, & tam aptè citaris,
quàm aptè citas ferè omnia pro libero arbitrio. *Hæc Lutherus.*

L II.

Idem in cap. 17. *Gen.* distinguit inter Deum in Prædicamento Substan-
tiæ & Relationis. *consideratum.* Et monet Deum non quærendum esse in
Prædicamento Substantiæ, ne maiestate eius opprimamur, sed in Præ-
dicamento Relationis, h. e. in verbo Evangelii, in quo sese nobis mani-
festavit.

L III.

Hic ergò Theologi dextrè adhibeant sacræ *λογιστικῆς ἀκρίβειαν* quâ so-
lenter indagent, iudicent & dijudicent, quænam sint dogmata arcana, &
quænam sint revelata: & accuratè illa ab hisce discernant, sicut Apostolus
præcipit *1 Cor. 2, 25. 1 Cor. 10, 15. Ebr. 5, 14.* sicut n. quædam mysteria Deus
voluit esse aperta, ita etiã sibi adhuc quædam reservat operta. *Exemplum*
notabile in duplici Christi adventu habemus. Tempus primi adventus etiam
quoad ultimi anni momentū occultū esse noluit, sicut ex *Dan. 9.* patet,
sed tempus ultimi adventus, qui dicitur adventus glorificationis, quoad
diem & horam occultum & absconditum esse voluit. Ita enim respon-
dit Christus discipulis suis de tempore extremi iudicii quærentibus *A-*
ct. 1, v. 7. Non est vestrum nosse tempora & momenta temporum, quæ
Pater posuit in sua potestate.

L IV.

REGULA II.

Arcana Dei miremur, non rimemur. Hinc *Syr. 3, v. 22.* dicit: altiora te *Reg. II.*
ne quæseris. Discamus ex Paulo *1 Cor. 4, 6.* τὸ μὴ ἰστέον ἡμεῶν ὡς φερόμεν h. e.
non supra illud quod scriptum est sentire. *Hilar. l. 2. de Trin.* deterret nos
à curiosa inquisitione divinitatis pulcherrima similitudine: Sol, inquit,
ita videndus est, sicut potest videri, tãtoq; excipiend⁹ est lumine, quanto
admittitur: ne, si plus velimus in corpore Solis spectare, splendor per-
strin-

stringat oculos, ut etiam illud amittant quod videre poterant. *Salvian.* l. 3. de gubern. Dei graviter inquit: Homo sum, secreta Dei non intelligo, investigare non audeo, & ideo etiã attentare formido, quia & hoc ipsum genus q. sacrilegæ temeritatis est, si plus scire cupias, quàm sinaris. Ubi Clariss. quondam J. Crus Dn. *Conradus Rittershausius* monitum hoc piissimum addit: Utinam hoc *Salvianum* exemplum imitarentur multi, qui, dum sese arcanis divinis per disputationes sepe nimis argutas & curiosas ingerunt, & scrutantur, Majestatem metuendam habent, ne opprimantur à gloria, ut utar verbis *Salomonis* (loquitur *Author* cum versione vulgata: sed in *Hebræo* hæc ita non habentur.) At pleriq; mortales ita ingeniati sumus, plus scire affectamus, quàm sinamur. Hæc ille. Vulgò dicitur & verè dicitur. ὠδὲ τὸ θεοκελεύει ὁ πλάτων πάυειν. Hic jubet *Plato* quiescere. Nos *Christianos*, in *Mysteriis* revelatis jubet *Paulus* quiescere *Rom. 11. v. 33. 34.* Adoranda igitur, non scrutanda memineris *Dei* arcana. Quod nisi facimus, abysso arcanorum *Dei* mysteriorum absorbemur. Ideò *Exod. 19, 12.* *Moses* jubetur monte *Sinai* sentib. & claustris ex omni parte concludere, ne cupiditate videndi *Deum* incitati *Israëlitæ* periculo mortis temerè sese objicerent. *Bethsamita* cum gratularentur sibi de arca *Jehovæ* *Dei* *Israëlitarum*, eamq; curiosius contemplarentur miseranda morte perierunt *2 Sam. 6, 19.* *Historici* scribunt in *Olyntho* *Thracia*, locum scarabæis infestum esse, in quem longè lateq; alioquin circumvolitans scarabæus si conjiciatur, regredi nequit, sed seipsum in gyrum continuè contorquens, miserè tandem immoritur: Pari modo qui divinæ majestatis arcana, voluntatisque non patefactæ clausa, temerario ausu rimari tentant, vertigine mentis correpti, in speculationibus istis miserè hærent, tandem & hosti generis humani prædæ cedunt.

REGULA III.

8. III. Dogmata in scripturis S. revelata nõ sunt negligenda, sed studiosè discenda. Re. Quidam enim inveniuntur qui sacra quævis temerè involant, & ea etiam quæ altiora sunt ipsis scrutantur & indagant. Contra inveniuntur alii qui superstitiosum dicunt etiam ea, quæ *Deus* manifesta esse voluit, attingere & cognoscere. Media autem via tenenda, in qua ut incedamus præclara *D. Ambrosii* regula nos regere potest, quæ extat lib. 1. de vocat. *Gent. c. 7.* ubi inquit: Quæ *Deus* occulta esse voluit, non sunt scrutanda: quæ autem manifesta fecit, non sunt neganda, ne in illis illicitè curiosi, & in istis damnabiliter inveniamur ingrati. Item *D. Athanasii*: ἕτε τὸ πάντων κερταλμῶν ὀσεβεις, ἕτε τὸ πάντων κερταλμῶν ὀσεβεις, h. e. neque omnia perscrutari pium.

INCOMPREHENSIBILITATE.

224

pium est, neque omnia negligere sanctum est. Unde graviter errant Politici, ut *Bodinus. lib. 4. de Republ. cap. 7. Lips. libr. Polit. cap. 3. Kirchner. de Republica paginâ 93.* qui tradunt, de Religione in Republica benè constituta disputandum non esse.

LVI.

REGULA IV.

Verbo Dei simplicissimâ fide inherendum, non de eo curiosè disputandum Reg. IV.
est. Regula hæc est *Megalandri Lutheri* nostri, quam *Genes. cap. 3. Tom. 2. fol. 45.* proponit, de quæ ea ita inquit: Hac regula præcipuè opus est, ad quam, tanquam ad sacram anchoram respiciendum est in omni vita, ut postquâ constat hoc esse Dei verbû, quod habemus & profitemur, simplici fide ei assentiamur, & non disputemus curiosè. Nam omnis curiosa disputatio certissimam secum adfert ruinam. Habemus verbum Christi manifestû de cœna Domini, ubi de pane dicit, Hoc est corp⁹ meû, quod pro vobis traditur. De poculo: Hic est calix Novi Testamenti in meo sanguine. Fanatici igitur cum à fide horum vocabulorum discedunt & disputant: Quomodo hæc sic esse possint? paulatim eò labuntur, ut simpliciter hoc verbû Christi negent & impugnent, sicut hoc in loco *Evæ* accidit. Paulò post addit: simplicissima erant verba *Jehovæ*: De arbore in medio Paradisi non comedetis. Sed rationem horum verborum non intelligebat ratio, quare Deus hæc ita vellet fieri. Dum igitur curiosius inquit *Eva*, nò cõtenta eo, quod audierat Dominum præcepisse, periit. Quare hæc tentatio verû exemplum est omniû tentationum, per quas *Satan* impugnat verbum & fidem. Priusquam *Eva* subit libido comedendi pomi, amisit verbum, quod Deus ad *Adamum* dixit: Hoc verbum si retinisset, mansisset reverentia Dei & fides. Ubi contrà amisso verbo, adest contemptus Dei & obedientia *Diaboli*. Verè igitur hæc *Evæ* & *Adæ* *παθήματα* nobis sunt *μαθήματα*, ne à verbo & fide abducti eadem patiamur. Hæc *Lutherus*. *Pythagoræ* olim mos fuit (referente *Cic. l. 1. de Natura Deorum*, ut quærentibus cur hoc vel illud assererent, semper responderent: *αὐτὸς ἔφη*; ipse (h. e. *Pythagoras* præceptor) dixit. Quanto magis nos, qui Christi discipuli salutamur, & à Christo Christiani appellamur in theologia nostra dicere debem⁹: *αὐτὸς ἔφη* ipse dixit. Primum namq; principium, in quod omnia dogmata Theologica resolvi debêt, est DEUS DIXIT: CHRISTUS DIXIT. Unde verissimum est hoc Emblemâ *Nazianzeni*: Theologia nostra *Pythagorica* esse debet. Vulgatum quidem est præceptum in *Philosophia*: Videndum est non QVIS, sed QUID dicat, propterea quod sæpe doctorum dicta erroribus sint obnoxia.

Verum



Verum in Theologia simpliciter invertenda est hæc sententia. Hic enim non Quid dicatur aut præcipiatur videndum, sed Quis dicat aut præcipiat. Si enim in præceptis divinis spectes, quid dicatur, non quis dicat, facile impinges, sicut exemplum Evæ rursus ostendit. Hæc enim cum non de præcipiente cogitat, sed tantum in præceptum intuetur, parvi momenti esse ducit gustare pomum. Sed quantum inde toti humano generi creatum sit periculum, ipsa proh dolor, experientia abunde restatum fecit.

LVII.

REGULA V.

Reg. V. De Deo & rebus divinis moderate & sobriè loquendū est. Seneca l. 3. Natur. Quæst. c. 30. adducit ex Aristot. nunquā nos verecundiores esse debere, quam cum Deo loquimur, si intramus (inquit) templa cōpositi, si ad sacrificium accessuri vultum submittimus, togā adducimus, si in omne argumentum modestiæ fingimur: Quantò magis hæc facere debemus cum de Syderibus, de stellis, de deorū natura disputamus, ne quid temerè, ne quid imprudenter, aut ignorātes affirmemus, aut scientes mentiamur! nec miremur tam tardè erui, quæ tā altè jacent. Hæc Seneca. At si Ethnici tam sobriè de diis suis falsis & Numinibus cōmentitiis loquuti sunt: multò magis nos, qui in Ecclesia vivimus, & faciem Dei nostri in verbo revelato tanquā in speculo videmus, piè de Deo sentire, & sobriè de eodem loqui debemus, sicut se in verbo suo revelavit. Cumq; Mose calceos nostros exuere, Exod. 3. v. 2. 3. & cum Elia pallio oculos nostros obtegere 1 Reg. 19. v. 13. hoc est, imundā & cœcā ratione nostrā longum valere iussā, reverenter ad considerationem mysteriorum divinorū accedere, eaq; oculis fidei, quæ est lumen gratiæ, contemplari & acceptare debemus. Magna igitur impietas est sanctorum orationem stultitiæ arguere: sicut blasphemi Judæi Christum ipsum Dei Filium insanitiæ arguebant Marc. 3. v. 27. eumq; dæmonium habere impiè cōtendebant, Joh. 10. v. 19. & Apostolos divino Spiritu plenos variisq; linguæ magna Dei deprædicantes, musto madere ajebant Act. 2. v. 13. Et Festus Apostolum Paulum præ multis literis insanire, insanus ipse magnā voce dicebat Act. 26. v. 24. O temeritatem hominum stultam, & stultitiam hominum temerariam!

LVIII.

REGULA VI.

Reg. VI. Quamvis multa de Deo sint abscondita, ea tamen in sacris literis nobis revelata, qua ad salutem nostram sunt necessaria. Ægyptii ante sua templa

pla sphingem constituere soliti sunt, sicut *Clemens Alexand. lib. 5. Stromat. Plutarch. de Isid. de Osir. & C. Rhodig. lib. 3. cap. 12.* testantur. Quo insinuare voluerunt, Theologiam suam non nihil obscuram esse, fabulisque ita sapè obtectam, ut veritatis vestigia vix interlucere. Verissimum de hisce & aliis gentibus est illud Christi: Vos adoratis quod nescitis. *Johan. 4. vers. 22.*
 ἢ γὰρ εἰς φροσῶν τῶν αἰθρῶν σφῶν ἐστὶν, ait Philosophus, *Insipientia hominibus sphynx est*, hoc est, monstrum nocens & interimens. Verùm nos Christiani mercedem Christi tenemus *1 Cor. 2. vers. 16.* qui est æterna Patris sapientia, *Proverb. 8.* ac proinde nihil latere nos voluit eorum, quæ ad salutem nobis sunt necessaria. Quare sufficit nobis cum Apostolo, si Christum benè didicerimus, *1 Cor. 2. vers. 2.* videlicet ea quæ verbum Dei tradit, de ipsius persona & officio, ac beneficiis sanguine ejus nobis partis. Huc faciunt versiculi vulgares & pii & elegantes:

Si Christum benè scis, satis est, si cetera nescis,

Si Christum nescis, nihil est si cetera discis.

LIX.

ABUSUS.

I. PHOTINIANORUM.

Photiniani incomprehensibilitatem Dei, multis iisque abominandis modis labefactant, quando docent, nihil esse credendum, quod cum ratione pugnet. Ita enim scribit *Socinus de autoritate Scripturæ sacræ cap. 2. pag. 54.* Nullo modo verum esse potest, cui ratio prorsus, communisq; sensus repugnet. Et *Smalzius contra Franz. disput. 4. pag. 137.* idem docet: *Nulla est, inquit, Christianæ religionis particula, quæ cum ratione non conveniat, at quæ cum ratione non convenit opinio, ea etiam in Theologia locum habere non potest. Hec illi.*

Abusus.
 I. Photinianorum.
 Error 1.

LX.

Et hoc principium Photinianorum est velut pixis Pandoræ, ex qua infinitos eosque abominandos errores circa summa Christianæ religionis capita in universam Christi Ecclesiam non secus ac Furie infernales disseminant, magno cum infirmorum scandalo, multorumque hominumque æterno exitio.

LXI.

Hinc enim omnes fidei articulos, qui cum ratione humana pugnant:

D.

gnant.



gnant, ex circulo Theologiae eliminant, uti per: *πρωτων* demonstrari potest. Nam I. *infinitatem & immensitatem essentia divina* negant, ex hoc principio. Quia cum ratione nostra non congruat. Ita enim scribit Smaltzius in *Refutat. Disputat. I. D. Franzii pag. 3.* Nolo nunc, inquit, perstringere errores de infinitate & immensitate praesentiae Dei, qualem sibi somniant Lutherani. De hac enim quaestione cum aliis etiam illis res est. Non nescimus etiam quo sensu de Deo dici debeat immensitas & infinitas potentiae. Nam quae naturae sunt impossibilia, ea nec ipsum Deum facere posse, omnes sani Theologi & Philosophi etiam concedunt, quod idem etiam de immensitate & infinitate divinae scientiae statuendum esse jam demonstratum est in praelectionibus Socini. Idem in *Refutat. Disputat. de Persona Christi pag. 75.* Deus ubique esse dicitur, quatenus omnibus favore suo adest.

LXII.

Error 2. II. Negant *scientiam Dei infinitam* esse eamque futura contingentia, adeoque hominum peccata praescire. Ita enim Smaltzius in *Refut. Disp. post. 12. D. Franzii pag. 427.* scribit: de omnibus futuris contingentibus, quae talibus dicimus, ea ita esse comparata, ut sub nullo scilicet scilicet scientiam cadant, ideoque fieri nequeant. Sunt autem futura contingentia tam actiones bonae quam malae.

LXIII.

Error 3. III. Negant *adorandum SS. Trinitatis mysterium*, imò diris convitiis & blasphemis illud onerant. Sommer. *lib. 1. pag. 10.* nominat adulterinum Trinitatis commentum. Alii nominant commentum Justini Martyris. Simon Budnaeus in *prae fat. Apologia ad Lectorem Polon.* commentum Anti-Christi Theodosius Schimbergius in *prae fat. super Refut. Carolii fol. 17.* appellat impossibilia mentis fol. 12. scribit, Deum Trinum esse idolum Antichristi, de quo 2. *Thessal. 2.* *Ministri Transylvaniae lit. I. de vera & falsa unius veri Dei cognitione. cap. 2.* somnium Athanasii. Smaltzius in *Refut. Disput. I. D. Franzii* nominat cassum & otiosum aedificium, absurdissimam simul & falsissimam opinionem aliis nugis similem, cujus auctor sit Antichristus, & quae propediem vergat ad interitum. Horrendae haec sunt blasphemiae, ad quas vel caelum & terra obstupescat.

LXIV.

Error 4. IV. Negant *aeternam filii Dei ex substantia Patris generationem.*

Cate.

Catechif. Rakov. Germ. p. 65. Scias, inquit, generationem Filii Dei planè esse impossibilem. Fundamentum hujus erroris nullum aliud est, nisi hoc ipsum. Quia ratio non comprehendit quomodo Deus ab æterno Filium sibi coæternum gignere potuerit.

LXV.

V. Negant Deitatem Filii Dei, & unionem personalem duarum in Christo naturarum, ex hoc principio. Quia sit rationi contraria. Ita enim scribit *Catech. Rakov. p. 55.* Quod in Christo sit divina natura, & rectæ rationi & scripturæ adversum est. quia due essentiæ in proprietatibus sibi invicem contrariæ nullo modo possunt in unam personam conjungi. Jam verò divinæ & humanæ naturæ proprietates sunt sibi invicem contrariæ, ut esse mortalem & immortalem, habere principium & carere principio, mutabilem esse & immutabilem. 2. Quia duæ naturæ, quarum quælibet constituit personam, non possunt in una persona uniri: aliàs enim forent duæ personæ, & sic duo Christi.

Error 5.

LXVI.

REFUTATIO.

Refutatio.

Verùm pudeat istos homunciones impietatis suæ & superbiæ, quod decem peda rationis cæcæ & corruptæ immensos religionis nostræ agros demetiri præsumant. Quis non videt quàm crasse in Regulam IV. superius th. 58. à nobis propositam impingant? In Theologia enim nostra non audiendum est: Hæc Ego dico; hæc Tu dicis, sed hæc dicit Dominus, sicut rectè pronunciat D. Augustinus. Quid Athenis & Jerosolymis? ait Tertull. de præscript. adversus Hæret. ubi enim Deus loquitur, taceat homo oportet: ubi Deus docere dignatur, nostrum est auscultare, nostrum credere. Quamobrem ad ἀκροῦσιν classem Doctores hi cherubici & seraphici paulisper se redigi patiantur, & audiant Spiritum sanctum, de quæstionibus propositis, per Prophetas, & Apostolos suos in verbo Dei ita loquentem.

LXVI.

I. De infinitate & immensitate essentia divina expressum exstat testimonium apud Job. 11. v. 7. 8. 9. excelsior cælo est (Deus) & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? longior terrâ mensura ejus, & latior mensura divi-
ri. Item Ps. 139. v. 7. 8. 9. Quò ibo à spiritu tuo? & quò fugiam à facie tua? si na.

I. De Infinitate & immensitate es-

mensitate es-

D. 2.

ascen-

ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infernum, tu ades. Si sum-
psero alas aurorae, & habitavero in extremis maris, etiam illic manus tua
duceret me, & apprehenderet me dextera tua. Vide Colleg. II. Anti-Pho-
tin. Exercit. V. pag. 205. 209.

L LVIII.

II. De Infi-
nitate scien-
tia divina.

II. De infinitate scientia divina, inquit Paulus Ephes. 3. vers. 10.
quod sapientia Dei sit πολυπόικιλος, h. e. multiformis, & ibid. vers. 20.
subjungit, quod Deus υπεραβυνδαντωσιν h. e. superabundanter
& super omnia possit facere, quæ nos vel volumus vel COGITA-
mus. Quare stultum est sub gyrum rationis Dei scientiam & poten-
tiam velle redigere.

L XIX.

III. De SS.
Trinitate.

III. De adorando Trinitatis mysterio clarum & manifestum extat
testimonium in institutione Baptismi nostri, quod ita sonat: Bap-
tizate eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Hinc ita concludi-
mus contra Photinianos: In cujus nomen baptizamur, ille est verus &
æternus Deus. Atqui in nomen Patris, Filii & Spiritus sancti bap-
tizamur. Ergo Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt unus verus & æter-
nus Deus. Major est manifestæ veritatis. Nam in cujus nomine ba-
ptizamur ille non est causa ministerialis, sed principalis nostræ salu-
tis. Deus enim verus nobiscum foedus gratiæ in baptismo in-
it, quod in filios recipere nos velit, & nos vicissim ad honorem & cultum ve-
ri Dei nos obstringimus, sicut pulchrè ex analogia circumcisionis &
baptismi demonstrari potest, vide 1. Petr. 3. vers. 21. & Coloss. 2. vers. 11.
Unde piè & orthodoxè D. Basiliius Epist. 78. scribit: sicut baptizamur
ita adoramus, & sicut adoramus, ita credimus, videlicet in unum ve-
rum Deum Patrem, Filium & Spiritum sanctum.

L XX.

IV. De æter-
na Dei gene-
ratione.

IV. De generatione Filii Dei æterna. Proverb. 8. vers. 22. seq. Spi-
ritus sanctus luculentum nobis subministrat fundamentum, quando
Filium Dei sapientiam GENITAM ab æterno appellat, Verba textus
“ hac sunt vers. 22. Jehova possidebat me in principio viæ suæ: ante o-
“ pera sua, ante ullum tempus. vers. 23. ante seculum ordinata sum, an-
“ te principium, ante primordia terræ. vers. 24. Cùm nondum essent
“ abyssi genita eram: cùm nulli essent fontes graves aquis. vers. 25.
“ cùm nondum infixi essent colles genita sum. Hinc ita contra Photi-
“ nianos argumentamur:

Sapien-

Sapientia quæ genita est ab æterno, & fuit apud Jehovaham in creationis mundi principio, est æternus Dei Filius. *Ratio:* Quia Filius Dei est sapientia Dei Patris *1 Cor. 1.* & hujus solius character hypostaticus est *γεννητός* scilicet generatio à Patre, & hic fuit in principio apud Deum Patrem *Joh. 1. v. 1. i Joh. 1.*

Atqui hæc sapientia de qua loquitur Salomon in loco præsentis, est genita ab æterno. Sicut bis dicitur *vers. 24. 25.* & fuit apud Jehovaham in creationis Mundi principio *vers. 22.*

Ergò hæc sapientia de qua loquitur Salomon est Filius Dei æternus & substantialis.

LXXI.

V. Deniq; Unio in Christo duarum naturarum claris & manifestis scripturæ testimoniis adstruitur. Nam, *Johannes Evangelista cap. 1. vers. 14.* inquit, quod verbum (cujus deitatem in præcedentibus invictis argumentis demonstraverat) Caro factum sit, hoc est, humanam naturam assumerit. *Paul. 1 Tim. 3. vers. 16.* asserit supra modum magnum pietatis mysterium esse, quod Deus sit in carne manifestatus. Quæ manifestatio in carne non potest nisi de Filii Dei incarnatione exponi. Hæc enim est magnum illud pietatis mysterium. Vide supra *thes. 14. 15.* Idem *Paulus Coloss. 2. vers. 9.* scribit, quod in Christo (intellige secundum humanitatem) omnis plenitudo deitatis hoc est tota majestas divina (scilicet Filii Dei) habitet *σωμεικτός* hoc est, corporaliter vel tanquam in proprio suo corpore. Quæ dicta incarnationem Filii Dei, & unionem duarum in Christo naturarum tam potenter adstruunt, ut singula verba quasi singula nobis sint fulmina adversus Photinianos. In hisce ergò pedem figimus, neque vellarum unguem ab illis recedemus: Illi garriant, nos credemus, sicut de hæreticis sui temporis loquitur *D. Augustinus.*

V. De Unioni personali duarum in Christo Naturarum.

LXXII.

II. ABUSUS CALVINIANORUM.

Calviniani quoque variis modis *αὐτοὶ τοὺς θεοῦ λόγους* sive incomprehensibilitatem Dei labefactant. Et I. quidem quando quidam eorum

Abusus Calvinianorum

docent, Myſterium SS: Trinitatis ex ratione cognoſci & inveſtigari poſſe. Wolffg. *Muſculus in Loc. communib.* de myſterio Trinitatis loquitur quaſi de re minus ardua, ſed intellectui & ſenſibus obvia, aſſerens non eſſe difficile unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate cognoſcere, &c. *Joaſchimus Vadianus* Medicus Geographus & Conſul Sangalleniſis in Helvetia Geometricis circulis atque angulis Myſterium Trinitatis adumbravit atque deſcripſit. Quales deſinitores Athanaſius appellat *τρεῖς ὑποστάσεις* CHRISTUM, eoſque acriter reprehendit.

Philippus Mornæus licet modeſtius de hoc Myſterio loquatur, & *lib. de Verit. Chriſt. Reliq. cap. 5.* Myſterium Trinitatis ex ſcripturæ ſacræ revelatione dependere aſſerat, attamen & ipſe graviter à linea aberrat, quando *cap. 6.* ſcribit: Trinitatem doceri etiam à priſca Philoſophia. *Et ſubſinem capitis ita concludit:* Licet jam nobis per rationem revelationi adjunctam, per veſtigia, quæ toto mundo cernuntur, per imaginem ſeu potius ſimilitudinem, quæ in nobis ipſis conſpicua eſt &c. concludere & ſtatuerè, quod in unica Dei eſſentia tres hypoſtaſes ſubſiſtant, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. *Keckerman. in ſystem. Theolog. à pagina 20. uſque ad 33.* Trinitatem Deitatis contra Arianos ex ratione ex profeſſo demonſtrare conatur. Et hac ratione fundamentum Trinitatis accuratè ait inveſtigari *pag: 20.* Deſumit verò illam ab actu & reflexione intellectus atque voluntatis, eamque ſuſè perſequitur *à pagina 20. uſque ad 33.* ubi ſic concludit: *Quam eſt neceſſarium hominem eſſe rationalem: Eſt autem neceſſarium primo modo dicendi per ſe, tam neceſſarium in Dei eſſentia eſſe tres perſonas, cujus demonſtrationis hæctenus aliquot aphoriſmorum deductæ, vim totam unico hoc ſyllogiſmo concludemus. In qua eſſentia eſt perfectus intellectus reflexus in ſeipſum & perfecta item voluntas in ſeipſam reflexa, in illa eſſentia eſt imago genita, & Spiritus impetu voluntatis procedens. Atqui in unica & ſimpliciſſima Dei eſſentia iſta inſunt. E. in eadem eſſentia inerunt, gignens, imago genita, & Spiritus procedens. Et huic ſyllogiſmo ſubjicit tres Aphoriſmos, quibus demonſtrari ait, plures in eſſentia Dei hypoſtaſes eſſe non poſſe quam tres.*

Refutatio.
Hæc opinio
Calviniano-
rum.
a. Eſt Falfa.

LXXIII.

Verùm hæc Calvinianorum opinio non ſolum *falfa*, ſed etiam *periculosa* eſt. *Falſam* eam eſſe in *theoria*, patet ex ſcriptura ſacra, in qua

INCOMPREHENSIBILITATE.

37

qua discimus, Myſterium Trinitatis non ex humana ratione, ſed ex ſola divina revelatione nobis innotescere. Maniſteſta ſcripturæ teſtimonia hæc ſunt: *Matth. 12. verſ. 27.* inquit Chriſtus: Nemo novit Filium, niſi Pater, neque Patrem novit quiſquam, niſi Filius, & cui-
cunque voluerit Filius revelare. *Joh. 1. verſ. 18.* Deum nemo unquam vidit, Filius unigenitus qui eſt in ſinu Patris, ipſe nobis ἐξηγήσατο h. e. enarravit. *1 Corinth. 2. verſ. 12.* ea quæ ſunt Dei, nemo novit niſi ſpiritus Dei. *Hinc ita argumentamur:*

Si Myſterium SS. Trinitatis non niſi revelatione divi-
nâ cognoſci poteſt, ſequitur quod ex nullis rationis hu-
manæ dialogiſmis & ſyllogiſmis demonſtrari poſſit. Sed
verum prius. Ergo & poſterius.

LXXIV.

Deinde etiam periculosa eſt hæc opinio, uti ex *praxi* patet. Ete-
nim *Keckermannus* ipſiusque complices *Nearranis* ſive *Photinianis*
anſam ſophiſticandi, & fidē noſtram calumniandi ſubminiſtrarunt,
perque eos nomen ſacroſanctæ Trinitatis malè audit inter hæreticos.
Uti vel ex *Ariano* libello *Adami Goſlavii à Bebelno*, qui illi ipſi *Kecker-*
maniano diſcurſui directè eſt oppoſitus ὁ φησὶ μὴ φαυλῶς patet. Confer
theſin 61. 62. 63. 64. 65. in qua dira convitia, quæ *Photiniani* in Tri-
nitate evomuerunt, enumeravimus. Verum enim eſt emblema
Frideric *Electoris Saxonie*, cognomento ſapientis, quò ſapienter di-
xit, οἱ γὰρ λόγοι καὶ παλαιῶσι τὰς λόγους, hoc eſt, ratione excogitata, ratio-
ne diſſolvuntur. Etenim qui nititur naturali ratione Trinitatem
probare dupliciter, derogat fidei. ¹ Quia dignitas fidei eſt ut ſit de
rebus inviſibilibus, quæ rationem humanam excedunt. ² Derogat
fidei, quantum ad utilitatem alios ad eam trahendi: Credunt enim
infideles, quod huiusmodi utamur rationibus, cum tamen non ſint
cogentes. Quæ ergo ſunt fidei, non ſunt tentanda probari niſi per
autoritates: apud alios ſufficit defendere, non eſſe impoſſibile, quod
fides prædicat, ſicut pulchrè inquit *Thomas Aquin. part. 1. quaſt. 32.*
:artic. 1.

2. Eſt peri-
cuſoſa.

LXXV.

II. *Incomprehenſibilitatem* Dei labefactant, quando *humanas ra-*
tiocinationes ſapientie divine præferunt, eiꝰ in myſteriis divinis iudicium
deferunt. *Cinglius* in colloq. *Marp. An. 29.* audiens noſtroꝝ in articulo ſapientiam.
I I. *Calvi-*
niani labe-
factant Dei
ſapientiam.
de cce-

de coena Domini confessionem, dicebat: Deum non proponere nobis credendas res tam incomprehensibiles. *Et Piscator in cap. 24. Lucae Doct. V. scribit*: Erant illi qui docent, quod de substantiali praesentia corporis & sanguinis Christi sub specie panis & vini secundum rationem, sed supernaturali & incomprehensibili modo judicandum sit. *Hac ille*. Sed quis non videt, quod hi homines ex sua sapientia metiantur Dei sapientiam? Dei ergo sapientia illis est stultitia. Christus dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. At contra Calvinista dicit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum h. e. signum vel symbolum corporis mei. At dico ego: Anne signum corporis dici potest pro nobis traditum? Et anne signum sanguinis dici potest sanguis pro nobis effusus in remissionem peccatorum? ἀθεόλογον ἢ ἀλογον. Atque ut possint hanc θεοσυφλατίαν non verentur ipsi Spiritui sancto solœcismum affingere, uti *Beza in notis suis in Novum Testamentum ad cap. 22. Lucae* facit, qui scribit in hisce verbis Evangelistæ: Hoc poculum est Novum Testamentum in meo sanguine quod pro vobis effunditur, τὸ ποτήριον ἢ καινὴ διαθήκη ἐν τοῖς αἵματι μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, esse solœcismum. *Verba Bezae hæc sunt*. Cum hæc verba (τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον) si constructionem spectemus, necessariò non ad sanguinem, sed ad poculum pertineant, neque tamen de vino (nedum de poculo) intelligi possint, aut manifestum est solœcophanes, cur dicendum fuerit τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Et paulò post. Potest excusari solœcismus, si ex Hebræorum idiotismo τὸ ἐκχυνόμενον exponatur ὑπὲρ ἐκχύνεται.

Wittaker: Tom. 1. oper. pag. 11. idem statuit. Cum enim ab Edmundo Campiano Jesuita hoc Bezae facinus ipsi objectum esset, respondet. Desine posthac τὸ ῥηθὲν urgere. Nam si ad verba ipsa adhærescas, aut poculum pro nobis effusum esse fatearis, aut solœcismum inducas est necesse. Hoccine est Spiritum sanctum, qui per os sanctorum Prophetarum (uti & Apostolorum) *Luc. 1. 2 Pet. 1.* loquutus est Grammaticam docere: eumque σοφιστικῶς ausu plus quam temerario affirmare. *Goelenius Philosophus Marpurgensis* in Academia Marpurgensi pro disputatione publicè defendendum suscepit hoc thema: Solœcismus non vitium, sed figuram & virtutem esse Grammaticam. Hoccine est falsa excogitare principia, ut eludatur veritas? Meritò hic exclamamus cum Apostolo: O homo, tu quis es qui ex adverso respondas Deo? *Rom. 9.* & cum Christo: siccine sapientia justificatur à filiis suis? *Matth. 17.*

Poten-

rum transeuntium per mare rubrum *Exod. 14. v. 22.* Unde *Prudentius* prudenter *hymnos. Cathem.* canit:

*Præbent rupta locum stagna viantibus
Riparum in faciem pervia, sistitur.
Circumstans vitreis unda liquoribus,
Dum plebs sub bifido permeat equore.*

Nec minus piè *Philippus Melancthon*, scribit in epigrammate quodam:

*Nec Deus est Numen Parcarum carcere clausum,
Quale putabatur Stoicus esse Deus.
Ipse potest solis currus inhibere volantes,
Ipse velut scopulos flumina stare jubet.*

Annon contra omnem naturam erat, quod *virga Aaronis arida* germinaret & *amygdalas maturas* unica nocte produxerit? sicut *Num. 17.* legitur; unde elegans epigramma existat:

*Se extemplo explicuit ramis felicibus arbor,
Fronde nitens & flore comans fructuq; triumphans.*
LXXVIII.

Imò in circulo *natura* multa admiranda & stupenda conspiciuntur *Naturæ opera*, quæ nunquam crederemus, nisi ipsa oculus demonstratio contra fidem nostram pro illis militaret. Scribit enim *August. lib. 21. de civ. Dei cap. 5.* *Sicilia salem* cum fuerit ad motus igni, velut in aqua fluere; cum verò aquæ velut in igne crepitare: In *Epiro fontem* esse, in quo faces, ut in cæteris extinguantur accensæ, & simul quod in cæteris non fit, accendantur extinctæ: *Lignum cuiusdam ficus Egyptiaca* esse, quod non ut ligna cætera in aqua natet, sed mergatur, & quod est mirabilius, cum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquæ superficiem emergi, quando madefactum humoris debuit pondere prægravari.

LXXIX.

IV. Calviniani charitatem Dei infinitam labefactant.

IV. Charitatem Dei infinitam labefactant, quando eam ad totum genus humanum sese extendere negant. Nam docent Deum absolute & inimico reprobationis odio quosdam prosequi, eosq; ex absoluto decreto ab æterno reprobare constituisse. Quod principium Calvinisticum est quasi pixis Pandoræ, ex qua infiniti errores in summis fidei capitibus oriuntur; inq; universum orbem Christianum sparguntur, magno cum infirmorum scandalo, multorumq; hominum æter-

æterno exitio. Namq; *Calvinus ipse lib. 3. Inst. c. 23. f. 7.* doctrinam hanc de absoluto reprobationis decreto HORRIBILEM DOCTRINAM appellat: & tamen ille horribilem hanc doctrinam defendere haud veretur. ² *Pareus in Irenico c. 28. art. 6.* Deo circa hominum salutem absolutum jus tribuit. Apostolus, inquit, docet, quod Deus habeat absolutum jus in suas creaturas & homines, multò magis, quàm figulus habet absolutum jus in lutum & vasa sua formandi & ordinandi ea, ad decus vel ad dedecus, absque iniustitia, prout voluit. ³ *Beza Respons. 2. ad Act. colloq. Mompelg. pag. 7. & 8.* docet, quod Deus humano generi non sit magis obligatus, quàm brutis animantibus. *Verba ejus hæc sunt:* Deus humano certè generi non est aliquo necessario vinculo magis astrictus, quàm tot animantibus, quorum lanienâ vivere concessit hominibus. Idem docet *Keckerm. in System. Theolog. pag. 309.* ita scribens: Quod si nos homines in quotidiana bestiarum mactatione utimur nostro arbitrio, neque iniusti aut dicimur aut reverasumus, si hodiè hunc bovem mactemus: alterum non mactemus: quantò magis Deo hîc suum relinquendum arbitrium & absolutum decretum in homines, qui Dei respectu non sunt tanti, quanti hominibus est culex aut pulex. O horrendum dogma Calvinistarum! Unde *Joh. Pisc. in Resp. ad Apol. Per. Bertii An. 1615. Herbornæ edita p. 168.* Deum cum Tyberio Imp. Tyranno comparare non veretur. O impietatem stupendam & inauditam! ⁴ Denique Beza eò impudentiæ progreditur, ut contra expressam scripturæ literâ Deum omnium hominum patrem esse negare audeat. *Ita enim scribit contra Castilion. Volan.* Consuetudinem te facere, qui Patris nomen promiscuè & omnium simul hominû respectu Deo tribuas: i. e. qui quod unius Ecclesiæ proprium est in Christo, cum alienigenis etiam communicas. *Et paulo post.* Iterum dico è contrario, Deum, ex quo Adamus peccavit, Patrem esse desisse in Adamo generis humani. Eorum a. quos ab æterno elegit in altero Adamo, i. e. in Christo, Patrem esse coepisse, quod manifestè etiam ipse Christus indicat cum Cananæam illam alloquens. filios à canibus distinguit. Hæc ille.

LXXX

At nos contrarium in schola Spiritus S. discimus. ¹ Etenim *Malach. 2. v. 10.* dicitur: Nunquid non est unus Pater omnium? Nunquid non un⁹ Deus creavit nos? Hîc sanè Deus dicitur Pater, non hominum quorundam, sed omnium, nempe eorum, quorum est creator. Jam verò creator non est quorundam, sed omnium. Ergò quoq; Pater est.

Refutatio.

Regula.

non quorundam, sed omnium. ² Ratio in promptu est: Deus in generali sensu appellatur Pater, propter paternū affectum. Jam verò non quosdam tantum homines, sed omnes paterno affectu prosequitur, uti ex loco illo classico D. Pauli *1 Tim. 4. v. 10.* patet, qui Calvinianis est fides in oculis. Nam, inquit Apostolus, Deus est *σωτήρ* servator omnium hominum, maximè verò fidelium. Hic nō tantum fidelium, sed etiam OMNIUM hominū *σωτήρ* Deus ab Apostolo vocatur, non tantum servans nos *σωματικῶς* h. e. corporaliter: sed etiam servare omnes cupiens *πνευματικῶς* h. e. spiritualiter. Nam vox *σωτήρ* in toto N. T. semper notat Salvatorem spiritualem, einen Heylandt/ neq; ullū exemplum dissimile afferi potest. Unde Christus dicitur Salvator Mundi *Luc. 2.* venisse ut Mundus servetur per eum *Joh. 3.* ³ Quare nimis jejunè *Pisc. & Toss. in Bibl. Germ.* Hunc locum exponunt: Gott ist ein Erhalter aller Menschen/ am meisten aber der Glaubigen. Ein Erhalter der alle Menschen in diesem zeitlichen Leben erhelt/ vnd ihnen viel gutes thut. Eodem modo explicant *Beza & Marloratus in N. T.* ⁴ Nos autem ita concludimus: Quorum Deus est Salvator, eorum est Pater, *ἑυδηλον*. Nam salvator absq; affectu paterno ne fingi quidem aut cogitari potest. Jam verò Deus est salvator omnium hominum, uti patet ex *1 Tim. 4. v. 10.* E. quoque est pater omnium hominum, id quod erat demonstrandum. ⁵ Elegans Nicetæ comparatio huc referri potest, qua patrem familias cum centro, familiam verò cum *περιφερα* sive circumferentia confert. Optimus, inquit, pater familias est veluti circuli centrū, à quo licet multæ lineæ ducantur inter se divisæ, tamen quælibet linea vindicat sibi totū centrum: ita patrē totum vindicant sibi singuli filii, & quod in proverbio est: unus pater centū filiis sufficit. Quod si hoc verū est de patrib. terrenis, quantò magis de Patre coelesti? Nam amorē Dei Patris coelestis amorī terreni patris, imò matris, præfert & *David Psal. 103. v. 13.* & *Esaias Propheta, c. 46, vers. 3,* & *c. 49. v. 15.* & ipse *Christus Matth. 7. v. 9. 10. 11.* graviter in hanc pronuncians sententiam: An quisquam vestrum est homo, qui si filius ejus petierit panem, lapidem daturus sit illi? aut si piscem petierit, num serpentem porriget illi? si ergò vos cum sitis mali, novistis dona bona dare filiis vestris, quantò magis Pater vester, qui est in caelis, dabit bona, si postuletis ab ipso? Unde pulcherrimā voce DEUS *ἡ γαστήρ* h. e. *Deus uberū*, Gott der Brüste/ appellatur, *ἡ γαστήρ* enim ubera vel mammas significat. Et non tantū à sacris *πατερικήτις*
Patri-

Patri-mater, sed etiã à profanis scriptorib. μητρὸς πατρός h. e. *Matri-Pater* ob affectum erga homines omnes paternum & maternum appellatur. ⁶ Quare horrendum & extremè prodigiosum dogma est, quod Deus non arctiori amore complectatur homines quàm bruta animantia, quodque nos respectu Dei non simus tanti, quanti nobis est culex aut pulex. Etenim sic Deus dilexit mundũ h. e. omnes in mundo homines, ut Filium suum unigenitum daret *Joh. 3, 16.* at brutis animantibus eum non dedit. Quomodo ergò homo cum brutis animantibus quoad amorem Dei comparari potest? ubi manent ἀλλήλουσκα viscera misericordiæ divinæ? *Luc. 7. vers. 78.* ubi manet ardens Dei affectus & misericordia, quam ipse Deus commendat apud *Oseam* Prophetam? *c. 11. v. 8. 9.* ubi manet ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ σωτήρος ἡμῶν Ἰησοῦ hoc est, bonitas & benignitas Dei servatoris nostri? *Tit. 3. v. 4.* atque ἡ χάρις τοῦ ἰησοῦ σωτήρος h. e. gratia Dei salutifera, quæ apparuit omnibus hominibus? *Tit. 3. vers. 11.* Nos opponimus Calvinianis hoc axioma, indignum est hominibus à Deo creatis: Deum omnium hominum creatorem, negare omnium Patrem.

LXXXI.

Unicum adhuc de præsentis themate quærere ex Calvinianis placet: Si Deus non est omnium hominum tam reproborum quàm electorum pater (intellige in sensu generali propter affectum paternum generalem, quo omnes in genere homines paternè cõplectitur) quã specie veritatis Deus reprobos & improbos suos vocare potest filios? ut quando inquit *Esa. 1. v. 2.* Filios enutrivì & exaltavi, ipsi autem sperverunt me. *Matth. 8, 12.* inquit Christus de reprobis Judæis: Filii regni (coelorum) ejicientur in tenebras exteriores. Et *Matth. 11. v. 19.* Justificata est sapientia à filiis suis. Lutherus Die Weisheit muß sich rechtfertigen lassen von ihren Kindern. Hic filii sapientiæ dicuntur improbi & reprobis Judæi, Christum ejusq; Evangelium præfractè contemnentes, Deiq; consilium adversus seipsos spernentes. Hosce autem filios ad se vocat omnes, eosq; omnes rescere h. e. à peccato liberare promittit, *Matth. 11, 28.* At quo affectu quæso Deus & Christus hoc faciunt? Beza negat Deum esse patrem reproborum, E. si pater eorum non est, affectu eos non vocat paterno: Ergòne tyrannico vel hypocritico: Respondete quæso vos veri Calviniani: Tyrannus utique est qui homines per Evangelium vocat, ut magis eos induret, sicut Beza docet. Hypocrita est, qui hominibus conversionem & salutem pro-

mittit ore, & tamen contrarium sanxit in corde, uti *Piscator* & multi alii scribunt. Est ergo Deus ex mente Calvinianorum & Tyrannus truculentus & hypocrita Magnus. Ignosce mihi o Deus hanc dogmatis impietatem toti mundo demonstranti!

LXXXII.

Sannazarius Poëta Neapolitanus uti nobilissimus, ita venustissimus *lib. 1. epigr. p. 155.* ita Venerem Deam gentium alloquitur:

Quid mihi te facilem blandis promittis ocellis,

Et miserum sic post uris acerba Venus?

Non decet hoc Superos, aut te mihi fronte serena

Concilia, aut torvo lumine bella move.

Ego eodem epigrammate parumper immutato Deum Calvinistarum hunc in modum alloquor:

Quid mihi te facilem blandis promittis ocellis,

Si miserum sic post uris acerbe Deus?

Non decet hoc Numen: vel te mihi fronte serena

Concilia, aut torvo lumine bella move.

LXXXIII.

V. Calviniani
judicia
Dei labefa-
sant.

V. Denique *judiciorum divinorum profunditatem atque altitudinem* Calviniani nimis curiosè rimari præsumunt, eaq; rimando corrumpunt. Etenim distinguunt illi inter voluntatem Dei revelatam & absconditam. *Revelatam* vocant universales Dei promissiones, quæ exterius quidem offeruntur omnib; & quibus revelat Deus, quod velit omnium hominum conversionem atq; salutem. *Absconditam* verò vocant, ratione cujus nunquã voluerit, ut omnes homines convertantur & salvi fiant. Hic a. quærere ex Calvinianis placet, quare voluntatē Dei vocent absconditam & arcanam? aut enim voluntas Dei arcana, illis est revelata, aut non est revelata. Si illis est revelata, utiq; amplius arcana & abscondita non est. Quia hæc sunt contraria quæ simul stare non possunt. Si verò est arcana & abscondita, sicuti ipsi volunt, utiq; admodum temerarii sunt, quod in abyssū consiliorum & judiciorum divinorum impio conatu ingerant. Unde in *colloquio Mompelg. Theod. Bezæ* utrumq; Dei decretum Electionis & Reprobationis absolutū & absconditum fusè & copiosè explicanti, *D. Jacobus Andrea* non minùs lepidè quàm argutè respondit hunc in modum: *De decreto illo Dei arcano, occulto, & immutabili, quid Deus cogitaverit, & in quem finem, præsertim in creatione hominis respexerit, & mediâ perveniendi ad illum, quomodo disposuerit; ita loquutus es, ut visus fue-*

ris mihi, in arcano illo Dei consilio assedisse, & non modo omnia eorum audivisse, quæ S. Trinitas, Pater cum Filio & Spiritu S. de creatione hominis deliberaverit, sed etiam quasi tu consiliarius illorum fuisses.

LXXXIV.

O præposteros & curiosos Dei & rerum divinarum inquisitores! Nos autem si errare nolumus, Regulas supra præscriptas diligenter observantes: revelata ab arcanis prudenter distinguere discamus. Arcana Dei miremur, sed non rimemur. Dogmata in scripturis divinis revelata non negligamus, sed studiosè discamus. Ac deniq; verbo Dei revelato simplicissimâ fide inhæreamus, neq; de eo curiosè dispuemus. In quam sententiam nō minus venustum quàm pium D. Bernardi extat dictum, quod tale est: Quidā sunt qui Deum nec intelligunt nec volunt, hi *mortui* sunt: quidā intelligunt sed non requirunt, siue nolunt, hi *impii* sunt: quidā requirunt, sed nō intelligunt, hi *fatui* sunt: quidā intelligunt & requirunt, hi *sancti & boni* sunt. Hæc Bernh.

LXXXV.

Ad tertiam horum inquisitorum classem Calviniani Dd. pertinent. Requirit enim Deum, quem non intelligunt, nempe arcanum & absconditum, cuius nulla est scientia & intelligentia & fides nulla, sicut pulchrè loquitur B. Lutherus.

LXXXVI.

Nos autem utin quarta classe locum occupemus in eaq; permaneamus semper meminerimus verbum Domini unicam esse viam, quæ ad investigandum quicquid de eo teneri fas est nos deducat, unicam esse lumen, quod ad perspicendum quicquid de ipso conspici oportet, nobis præluceat. Ubi primum verbi fines excesserimus, nobis extra viam & in tenebris esse cursum, in quo errare, labi, impingere identidem necesse sit. Æternus Dei Filius, qui est lux mundi vera, via, veritas & vita, fulgore suo oculos nostros illuminet, ut veram salutis viam ingrediamur & veritatem assequamur, per quam vitam æternam deducamur. Ita fiat! ô Christe. Ita fiat!

COROLLARIA.

1. *Qu. an Calviniani salvis suis hypothesebus Photinianos refutare possint. N.*

2. *Q. quo sensu Mattheus Evangelista c. 2. v. ult. Christum Nazaraeum vocet? Calvinus resp. Mattheum non respicere ad Locum Es. 21, 1.*

Quia

Quia Nazarei in V.T. non dicti fuerint floridi; Verum respexisse eum statuit ad cap. 13. Judic. v. 5. ubi Simson qui Christi typus fuit, Nazareus vocatur. Male! ² Fr. Junius & Joh. Piscator diserte negant, Christum respexisse ad Nazareos V.T. Pejús! ³ Stapletonus contendit, per Prophetas h. l. non celebres illos & in Canonem receptos Prophetas intelligi, sed obscuriores aliquos & secretos authores; Et plane typum Samsonis rejici; Typosq. de Nazareis V.T. applicari non posse, contendit. Pessimè!

3. Q. an in loco (1 Cor. 10. v. 4. Petra erat Christus.) Vox petrae intelligenda sit $\sigma\upsilon\mu\lambda\lambda\omega\varsigma$ de petra corporali, an vero $\pi\upsilon\lambda\lambda\omega\varsigma$ de petra spirituali? Prius affirmant Photiniani & Calviniani, qui hic in unum congruunt. Posterius nos cum orthodoxis Theologis affirmamus.

4. Q. an ex loco Num. 21. 5. & 1 Cor. 10. 9. in quo Christus ab Israelitis tentatus esse dicitur, vera ejus deitas probari possit? Negant Photiniani. Nos affirmamus.

5. Q. an Calviniani ex Num. 22. cap. distinctionem suam inter voluntatem Dei arcanam, & inter voluntatem Dei revelatam probare possint? Affirmant ipsi. Quoniam v. 20. & 35. praceperit Bileamo, ut abiret ad regem Balaac, quae voluntas signi fuit: Sed v. 12. id ipsum prohibuerit. Quae voluntas beneplaciti vel arcana fuit. Nos autem eos sibi dignos esse dicimus.

6. Q. an ex loco Joh. 8. v. 58. (Antequam Abraham erat ego sum.) vera Christi deitas probari possit? Aff. nos contra Photinianos.

7. Q. an ex Loco Marci 4. v. 11. (vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia sunt, ut videntes videant & non videant, & audientes audiant, & non intelligant, ne quando convertantur & dimittantur eis peccata) absolutum Dei decretum de intellectu verbi divini à quibusdam occultando, probari queat? Aff. Calviniani. Nos N.


8. Q. an auditores secundi ordinis, de quibus ibid. v. 17. dicitur, quod Fidem $\alpha\epsilon\sigma\theta\epsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$ habuerint, verà an verò adumbratà fide donati à Spiritu sancto fuerint? Calviniani post: Nos prius affirmamus: Inde q. evincimus renatos gratià Dei excidere posse.


ΕΥΑΓΓΕΛΙΟ ΦΑΥΕΣ

Q. an Loca illa Esa. 11. vers. 1. in quo Messias dicitur surculus de radicibus Jesse. Et ibid. v. 11. ubi radix Jesse & Apoc. 22. v. 16. ubi radix Davidis appellatur inter se pugnent? N.

FINIS.







B.I.G.

Farbkarte #13



THEOLOGICA
dictoria

De
TALHYIA
MPREHENSIBILI-
TATE,

uam
prehensibilis, compre-
m concedente,

ÆSES
Clarissimus & Excellentissimus,
US MATTHIAS
jusdemque Professor publ. Pri-
n in Diethmarsia Præpositus
eptor, Promotor, & Ho-
rnùm colendus

andam proponebat
An. Dom. M. DC. XXII.
dente

Dieterich / artium M.



MBERGÆ, T 162 (5)
HALBMAYERI.